

LEVIORI CAMPO, Reginaldus de

Opus aureum Bibliorum distinctiones /
D. Reginaldi de Leviori Campo... -- Nunc
recens è manuscripto codice... D. Iacobi
Maistret... hortatu in lucem aeditum. --
Lugduni : Apud Ioannem Stratium..., 1582

271, [23] p., a-s8, t4 ; 8°

Marca de imp. en port.

1. Biblia-Comentarios 2. Biblia
-Iruzkinak 3. Moral cristiana 4.

Kristau-morala I. Maistret, Iacobus, ed.
lit. II. Título

R-6520

A. J. L.

Apr 14 1880

OPVS AVREVM
BIBLIORVM

DISTINCTIONES

D. REGINALDI DE

LEVIORI CAMPO

NVNCPATVM.

In quo optima methodo ac ordine alphabetico dispositi
sunt omnes ferè loci communes sacrorum Bibliorum,
qui passim tam in concionibus publicis & scholis: quam
à Theologis animarum rectoribus tractari solent.

*Nunc recens è manuscripto codice, Reuerendi in Christo
patris & D. Jacobi Maistret Theologi Parisien. Episcopi
Damasceni, nec non Suffraganei Lugdun. Ecclesia
iudicio & hortatu in lucem editum.*




LVGDVNI

Apud Ioannem Stratium, sub Bibliis aureis.

M. D. LXXXII.

Cum priuilegio Regio in Sexennium.



FRATER IACOBVS

MAISTRET ORDINIS CAR-

MELITARVM, THEOLOGIAE

Doct̄or Parisiensis, Episcopus Dama-

scenus, Archiepiscopi Lugdu-

nenſis Suffraganeus,


Christiano Le-

ctori, S.

VT qui coaceruatam pecuniam in loculos pertusos recondit, aut arca tutissima clausam in aquas rapidæ vortices decidere atque demergi patitur, non tantum accusatur stoliditatis, verum etiam tanquam factus irridetur ab omnibus, probris que ac malè dictis cuiusuis perstringitur, sic qui magni pretij gemmas in abstrusis thesauris quæſitas & repertas, aptè vel regum sceptris inserit, vel annulis adiiicit, cum artis causa, tum diligentia geminam procul dubio laudem meretur. Non minus quidem anxium Stratiij, perpetuum que studium in uestigandis scriptorum libris quibus vtantur Theologi, probari debet, cui non sat visum est præcum sacrarum formulas ac ritualia, quæ Diurnalia Breviaria &c. dicimus, multis ordinibus ac huic diœcesi priuatim vtenda typis edidisse, nisi & eximias has distinctiones biblicas ad ætatem vsque nostram abditas, & à nemine hucusque obseruatas etiam publicaret, quas cum monente me, atque hortante ne diutius latere desiderari que permetteret, statim ac intellexit magnopere vtiles ac optatas futuras, protinus in lucem exire voluit. Quam hominis summam industriam ac raram probitatem testimonio meo cunctis significandam ac indicandam censeo, non quidem vt Reginaldo de Leuorizampo autori operis quidquam detrahat, viro profecto bono ac imprimis religioso; qui vel fortassis interceptus morte vel quod deessent tum qui typis vulgarent, efficere non potuit, vt sui labores, suæ vigiliæ, & exactissimæ hæ distinctiones ad multos peruenirent. Cuias ille vir fuerit nunquam satis laudatus: aut quo sæ-

4
gulo vixerit, nondum cognoscere potui ex scriptorum
ecclesiasticorum monumentis, indicibus, chronicis. Co-
dicem tamen ex quo liber hic descriptus est, antiquissi-
mum fuisse id ostendit, quod in eo ferè nulla expleta sen-
gentia, nullum integrum verbum legeretur, ita verustas
omnia corruerat, deformauerat, mutilauerat, Quae, vt
emendarentur, restituerentur, sanarentur, Stratius cum
incredibili diligentia maximoque sumptu curauerit, ei
tantum beneficium acceptum refer Christiane lector,
maximamque gratiam habe vt magis atque magis post-
hac gliscat honestissimi eius conatus laudatione tua com-
mendati, & instar generosi ac pernicious equi veluti subdi-
eis his calcaribus vehementius incitentur. Quod autem
ad rem spectat sacrosanctas Reginaldi has distinctiones
statim ac vel primoribus, quod aiunt, labris attigeris, &
degustaueris, certo scio te assidue lecturum, ac vix vn-
quam idcirco dimissurum e manibus, quod iis tanquam
antidotis exquisitissimis, remediis praestantissimis, auxi-
liis saluberrimis, te munire atque tueri possis aduersus
impendentium malorum occursum, praeteritorum tri-
stem recordationem, praesentium dolores ac molestias
eum etiam quod ad expetendam colendamque virtutem
mirifice tanquam stimulis acerbis te perfossuræ &
accensuræ sint: vt taceam te prisca hac me-
thodo summopere delectatum iri, qua
ne melior quidem cogitari, aut
animo fingi potest. Vale e
Coenobio nostro. Lug-
duni die 10. Fe-
bruarij.

M. D. LXXVII.



D. REGINALDI

DE LEVIORI

CAMPO THEOLOGI

Distinctiones Biblicæ, alphabeticò ordine in certa capita pulcherrimè digestæ.



CAPVT. I.

Abſtinentia,

- 1 *Abſtinentia eſt meriti augmentatiua,*
- 2 *Sapientie acquiſitiua,*
- 3 *Religioſitatis oſtenſiua,*
- 4 *Carnalitatſ refrænatiua,*
- 5 *Victorie impetratiua,*
- 6 *Orationis auxiliatiua,*
- 7 *Indulgentie optentiua,*
- 8 *Exempli demonſtratiua,*

PRIMO, Eſt meriti augmentatiua, auget enim merita & virtutes, ideo voluit Dominus primos noſtros parentes, omni cibo vti, ſcilicet quæ in paradifo erant, ſed ab aliquo abſtinere vt ex obedientia amplius mererentur: Gen. 2. cap. Propter eandem cauſam præcepit Dominus filijs Iſrael, quod à multis cibariis abſtinerent: Leuit. 11.

SECUNDO, Abſtinentia valet ad habendū ſapentiā, nam Moyſes ieiunauit, & poſt abſtinentiam meruit à Domino accipere legem, Deutero. 9 cap. Item Helias vt liberius & ſapientius prophetaret vtebatur viſa tenui & exili, quando petiit à vidua in Sarepta, buccellam pa-

nis & vas aquæ. 3. Reg. 17. Et nota quod corui pascebant Heliam carnibus bis in die, & pane & aqua tantum. 3. Regum 19. Item Danieli propter abstinētiā ostendit Deus mirabiles visiones. Dan. 9. Item quia Anna in ieiunio seruebat Domino die ac nocte, ideo prudentiam meruit & prudenter de Christo prophetavit. Luc. 2.

TERTIO, Est religionis ostensiuā, Abstinētiā debent habere Clerici, & religiosi præ cæteris, ideo vir qui debebat Domino consecrari, ab omni eo quod inebriare poterat abstinēbat. Num. In horum figura commendatur abstinētiā Rechabitarum, quod noluerint bibere vinum nota figuram Hiere. 39. Item multum abstinuit Ioannes Baptista primus in nouo testamento religiosus, cuiuscibus erant locustæ & mel syluestre. Mat. 3. Item propter eiusdem Ioannis abstinētiā, dicebatur ipse Ioannes non manducans neque bibens. Mat. 10. Item mittens Dominus binos discipulos dixit. Edetis & bibetis quæ apud illos sunt, vt scilicet deberent esse contenti de sibi appositis, ne appeterent delicata. Luc. 10. Item Petrus volens ostendere, quod discipuli ebrii non essent, dixit hora tertia est, volens ostendere quod non est conueniens religiosis & clericis ante tertiam manducare vel bibere. Act. secundo.

QUARTO, abstinētiā est carnalitatis refrænatiua, ideo abstinendum est ab esu carniū, maximè, & potissimè clericos decet & religiosos à talibus abstinere, eo quod debent carnem suam præ cæteris refrenare. Itē vxor Hieroboam vadens ad Ahiam prophetam, tulit panem & mel carnem autem non legitur tulisse. 3. Regum 14. Item pulmentum & panes: sed non carnes per Abactuch Dominus Danieli transmisit, vt à carnibus abstineret. Danielis 14. Item multum facit abstinētiā carniū, in cuius signum Dominus rotiens multiplicauit pisces, sed nunquam carnes, de quibus piscibus Dominus populum pluries satiauit. Mat. 14. Item non legimus Saluatorem comedisse carnes, nisi de agno pascale, sed de piscibus comedit & discipulis dedit. Luc. 24. 10. & 21. Item populo Iudaico, tanquā carnali & in carne, carnem dedit, licet in eorū malum

nota historiam Nume. 11. & Exod. 15.

Q U I N T O, Abſtinentia præbet victoriam in tenta-
tionibus & bellis ſpiritualibus: ideo vxor Manue concipe-
re appetens, Simonem fortiffimum pugnator em abſti-
nentiam prædixit. Iud. 13. Item in trecentis viris
aquam lambentibus, & temperatè bibentibus, libe-
rauit Dominus populum ſuum. Iud. 7. Item ob hanc cau-
ſam populo Iſrael, exeunte in caſtris nullus comedit niſi
Ionathas, contra præceptum patris. 1. Reg. 14. Item Iofa-
phat Rex Iuda victoriam habuit, quia ieiunauit & aliis
ieiunium prædicauit. 2. Para. 20. Item Iudith quia omni-
bus diebus ieiunauit, de Holoferno victoriam habuit
Iudith 8. Item filij Iſrael debellati bis à filiis Ben-iamin,
ieiunauerunt & victoriam habuerunt. Iud. 20. Item Phi-
liſtæi debellauerunt filios Iſrael, & Archam cœperunt.
1. Reg. 4. poſtea vero filij Iſrael fleuerunt & ieiunauerunt
& victoriam habuerunt. 1. Reg. 7. Item Saluator noſter,
cum diabolus eum eſſet tentaturus, ieiunauit, & ipſius
diaboli tres tentationes ſuperauit. Mat. 4.

S E X T O, abſtinentia eſt orationis auxiliatiua, ideo
dicit Tobias: Bona eſt oratio cum ieiunio. To. 12. Item
prædicauit Eſdras ieiuniū quia petituri erant veniam à
Domino. Eſd. 8. Item filij Iſrael timentes potentiam Ho-
lofernis, ieiunauerunt prius & poſtea orauerunt Iud. 4.
Item huius figura Heſter locuta eſt regi Aſſuero, & ieiu-
nauit cum ancillis & Mardocheo. Heſt. 4. Item multum
valet abſtinentia vt homo poſſit vigilare & orare, nam
poſt cœnam Dominus increpauit diſcipulos, quia non
poterant vigilare & orare. Mat. 26.

S E P T I M O, Abſtinentia meretur remiſſionem pec-
catorum, nam temperauit Dominus pœnam Achaſ, quæ
ei comminatus fuerat, propter ieiunium quod ſeruauit. 3.
Reg. 21. Itē Nininitis Dominus pepercit: quia à maximo
ad minimum omnes ieiunio ſe affixerunt. Ionæ. 3.

O C T A V O, abſtinentia eſt exempli demonſtratiua
quia homo debet facere propter aliorum exemplum nã
Dauid deſideratam aquam de Bethlehem allatam ſibi,
bibere noluit, vt exemplum aliis abſtinentiæ traderet,
Regum 23. Item Eleazarus maluit occidi, quam vetita
manducare, vt exemplum aliis demonſtraret. 2. Mach. 6.

Item septem fratres, cum pia matre eorum varios cruciatuſ voluerunt recipere, quam de eſu ſacrilegorum manducare, vt alij ſimilia appetere & perpetrarent. 2. Mach. 7. Item Petrus munda voluit manducare vt exemplum alijs demonſtraret. Act. 10.

CAP. 2.

Acceptio munerum mala,

1. *Vendit libertatis obſequium.*
2. *Peruertit veritatis iudicium.*
3. *Nutrit perditionis flagitium.*
4. *Prebet ſimonie initium.*
5. *Licita ad Dei ſeruitium.*
6. *Valet ſi munus ſit probum.*

PRIMO, Accipere debet munera pro ſeruitiis impenſis quia ſeruitia vendit, ideo Abraham noluit accipere munera, quæ ei obtulit Rex Sedomorum, pro victoria quã fecerat, de inimicis ſuis, ne ſeruitium vendere videretur. Gen. 14. Item magiſter militum regis Babylonis, non accepit à Hieremia munera pro liberatione eius ſed dedit ei munuſcula, & diuiſit. Hiere. 4. Item Daniel reſpondit Balthazar regi munera promittenti, pro expoſitione ſcripturæ munera tua tibi ſunt, & denarios domus tuæ alteri da. Dan. 9.

SECONDÒ, Acceptio munerum peruertit veritatis iudicium ideo Balaam acceptis muneribus contra iuſtitiã, populo ma'edicere ſatagebat. Num. 22. Item munera quæ oblata fuerunt Dauidi, fuerunt cauſa, quod tulerit ſententiam falſam contra Miphiboſeth 2. Reg. 16. Itẽ Menelaus propter vaſa ſancta, quæ dedit Andronico, contra iuſtitiã, fecit Omam occidi. 2. Mach. 4. Itẽ propter pecuniã, quã acceperunt cuſtodes Chriſti, à principibus Sa-
cerdo-

cerdotum, mentiti sunt dicentes, corpus Christi à discipulis fuisse furatum. Mat. 28. Item Ecclix præses tenebat Paulum in vinculis, quia sperabat ab eo pecuniam obtinere. Act. 24.

T E R T I O, Acceptio munerum nutrit perditionis flagitium, nã Aod vel Aiød pro munerib. quæ dedit Æglon regi Moab, ipsum pernitiosè occidit. Iudic. 3. Item Dalida Samsonem tradidit Philisteis, propter munera quæ accepit ab eis. Iud. 16. Item propter munera missa Benadab regi Siritæ, rupit fœdus, quod cum rege Israel fecerat. 3. Reg. 15. Iterum muneribus Triphonis deceptus est Ionathas, & pernitiosè occisus. 1. Mach. 12. Item Menelaus accepta pecunia à Iasone ipsum postea nequiter supplantavit. secundo Machabæorum. 4.

Q U A R T O, Acceptio munerum præbet Simonix initium. filij Heli sacerdotis declinauerunt post auaritiam, & susceperunt munera. 1. Reg. 8. Item Giesi, quia receperat pecuniam à Naamam, pro sanatione percussus est lepra. 4. Reg. 5. Item propter munera, quæ promiserat Menelaus summam Sacerdotium occupauit. 2. Mach. 4. Item Menelaus propter munera, quæ dedit Antiocho regi, Sacerdotium ab eo recepit. 2. Mach. 4. Item Alchimus cupiens fieri summus Sacerdos, Demetrio coronam auream præsentauit. secundo Machabeo. 14. Item Simon magus uoluit spiritum sanctum muneribus comparare. Actorum octauo.

Q U I N T O, Licita est acceptio munerum, in Dei seruitium, in cuius figura Iacob misit fratri suo munera ut placaret eum. Gen. 32. Item munera obtulerunt filij ad opus tabernaculi. Exod. 36. Item in figura, quod Deo offerenda sint munera, Regina Sabæ, Salomoni 120. talenta auri detulit. 3. Reg. 10. Item interfecto Naamam, Iudæi pauperibus largiti sunt munera. Hester 9. Item in huius rei figura, Alexander Rex Ionathæ summo Sacerdoti misit aurea uasa in ministerium. primo Machabæorum v. decimo.

S E X T O, Acceptio munerū licita est in Dei seruitium si munus sit probū Ideo Dauid noluit offerre Sacrificium de munere 2. Reg. 24. Item rex Achab dōmo Domini spoliata, ad Dauid misit munera Assiriorum, sed nihil, illa munera profuerunt 2. Pa. 28. Item Magi a pertis thesauris suis obtulerunt ei munera Math. 2. Item duo minuta pauperulæ proprio acquisita labore domino, plus diuitum muneribus placuerunt Luc. 21.

C A P. 3.

Accidia,

- 1 *Accidia vitium requirit reprehensionem.*
- 2 *Perquirat transgressionem.*
- 3 *Requirat occasionem.*
- 4 *Exquirat punitionem.*

Accidia primo requirit reprehensionē. Ideo Iacob accidiosos filios increpauit dicens: Quid neglexistis? &c. Gen. 42. Itē propter hāc causā præcepit Ioab Leuiticis vt essent solliciti, qui negligenter egerant 2. Paralip. 25. Itē in parabola sua accidiosos Christus increpat d. cēs, quid hic itatis toto die otiosi? Mat. 20. Itē dormiebat Ionas sopore graui, Sed gubernator nauis redarguit eum. Ionæ 1. Item redarguit dominus discipulos qui secum erant quod vna hora non poterant vigilare. Mat. 26.

S E C V N D O, Accidia perquirat transgressionem vnde filij Israel manducantes panem Angelorum, accidiosi effecti sunt murmurantes, cibos viles Ægypti desiderare cœperunt vbi patet quod accidia fuit eis causa murmurationis & impatiētiae, carnalis desiderij & mēdaciij Num. 11. Itē tempore belli Dauid manens in domo otiosus adulteriū & homicidium commisit 2. Reg. 11. Item eum dormirent homines, post seminationem boni seminis, inimicus homo superseminauit zifania Mat. 13.

T E R T I O, Accidia requirit occasionem, Ideo Syfara coopertus pallio, confessus est iudicium. Iud. 4. Itē Samsē dormiens

dormiens super genua Dalidæ, fuit captus, cathenatus, excæcatus & interfectus Iud. 16. Item Abner negligenter custodiebat Saulcm, David enim, poterat occidisse si voluisset 1. Reg. 18. Item Isboseth, dormiens super lectum, à latronibus est occisus. 2. Regum 4.

QUARTO, Accidia exquirat punitionem, nam cū cœpisset populum trādere itineris & laboris, locutus contra Dominū dicens Anima nostra nauseat super cibo isto leuissimō, Ideo misit Dominus ignitos serpentes, qui populū occiderent. Nu. 21. Item virgines dormientes, & lampades limpidi operis accensas non habentes à sponso cœlesti nuptiis sunt exclusæ. Mat. 25.

CAP. 4.

Adorāndus est Dominus & colēdus,

- 1 *Adorandus est dominus donorum oblatione.*
- 2 *Verborum occasione.*
- 3 *Templorum fabricatione.*
- 4 *Credendorum ordinatione.*
- 5 *Aduersorum collatione.*
- 6 *Idolorum detestatione.*

PRAMO, Adorandus est Dominus donorū oblatione, Ideo duobus primis fratribus adorantibus & sacrificiis Deo respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, & non ad Cain, quia Primus obtulerat meliora. Gen. 4. Item paratus erat Abraham vnicum filium offerre, super montem in holocaustum. Gen. 22. Item postquā præcepit Dominus Moyfi quod ipse Aaron & Leuitæ ascēderēt, & adorarēt, duodecim vitulos obrulerūt. Exo. 24. Itē Salomon abiit vt immolaret, 1000. hostias, & ei apparuit Dominus. 3. Reg. 3. Item Magi intrantes domū adorauerunt primū & munera obtulerunt, plus ergo debent Christiani iam regenerati, si gentiles fecerunt. Mat. 2.

S E C U N D O, Adorandus est Deus verborum oratione, unde Enoch filius Seth fuit primus, qui adorando cepit inuocare nomen Domini. Gen. 5. Item Salomon stetit ante altare, & expandens manus genu flexo orauit. 3. Reg. 8. Item mater filiorum Zebedei accessit ad Christum adorans & petens aliquid ab eo. Matthæi vigesimo.

T E R T I O, Adorandus est Deus templorum fabricatione, ideo Noc ædificauit altare Domino, & de mundis animalibus & volueribus obtulit Deo. Gen. 8. Item cum apparuisset Dominus Abraham, ædificauit altare Domino vt oraret. Gen. 12. Item fecit Iacob altare Domino, qui apparuit sibi quando fugiebat Esau fratrem suum. Gen. 35. Item præcepit Dominus ad eius cultum fieri tabernaculum. Exod. 24.

Q U A R T O, Adorandus est Deus credendorum ordinatione, ideo videns Abraham tres viros, tres vidit & vnum adorauit, vt rectam fidem ostenderet. Gen. 16. Item Melchana tantæ fidei erat, quod ascendebat de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret Dominum in Silo. 1. Reg. 1. Item David fideliter cultum Dei, in Sacerdotibus & cantoribus ampliauit. 2. Paral. 15. Item cæcus natus & illuminatus à Domino, ait, Credo Domine, & prociens adorauit eum. Ioan. 9.

Q U I N T O, Adorandus est Deus, aduersorum collocatione, ideo filij Israel afflicti in Ægypto, audientes quod Dominus respexisset eorum afflictionem proni adorauerant in terram. Exod. 4. Item cum Dominus dixisset de persecutione Ægypti, incuruatus populus adorauit. Exod. 12. Item offerente Samuele sacrificium liberatus est populus de manibus Philistinorum & tribulatione. 1. Reg. 7. Item filij Israel reuersi de captiuitate Babilonis die ac nocte confitebantur Domino. Item cum audiisset Iob nunciorum verba dicentium sibi perditionem rerum suarum, adorauit dicens. Nudus egressus sum de vtero matris meæ & nudus reuertar illuc. Iob. 1.

S E X T O, Adorandus est Deus idolorum detestatione, ideo primum præceptum fuit decalogi. Non adorabis Deos alienos, & non facies sculptile. Exod. 10. Item Mamie volenti sacrificare angelo, dixit ei angelus, Si vis offerre sa-

re sacrificium, offeras id Domino. Iud. 13. Cum irent filij Israel ad vitulos aureos, Tobias fugiebat eorum consortia, & ibat in Ierusalem ad templum Domini. Tobie 1. Item quamvis esset prohibitum ne quis aliquid à Deo aut ab aliquo homine peteret nisi à rege Dario, tamen Daniel tribus temporibus adorabat Dominum. Dan. 6. Item populus Listre voluerunt Paulum & Barnabam, adorare, qui prohibiti sunt ab eis. Act. 14. Item angelus Ioannem Euangelistam prohibuit, ne ipsum adoraret. Apocal. 22.

CAP. 5.

Adulatores,

- 1 *Adulatores quærunt complacentiam,*
- 2 *Recipiunt displicentiam.*
- 3 *Tendunt ad infamiam.*

ADULATORES, Quærunt complacētiam, ideo Choræ & complices populo complacere volentes dixerunt. Sufficiat nobis, &c. Num. 16. Iterum Absalon, vt causam in curia patris habentibus complaceret, dicebat cuiuslibet. Videntur mihi sermones tui recti. 2. Reg. 15. Item filij prophetarum dicebant Achab prospera de bello futuro & ei placere studebant. 3. Reg. 22. Item Consiliarij regis Assueri, adulantes ei dixerunt. Regis iusta indignatio est, cum tamen temperare eius iram contra Reginam debuissent. Hester 1. Item amici Aman, ei volentes complacere dixerunt, Iube parati excelsam trabem habentem altitudinis quinquaginta cubitos, vt appendatur super eam Mardocheus. Hester. 5. Item Alchimus proditor volens placere Demetrio, dixit Iudas perdidit amicos suos. 2. Machab. 7. Item Herodi impio acclamabat populus volens ei complacere. Act. 12.

SECVNDO, Adulatores repertiunt displicentiam, nam adolescens narrans Davidi mortem Saulis sui inimici, ceteris dicens ei complacere, fuit occisus eius iussione. 2. Reg. 1.

4
 TERTIO, Adulatores tendunt ad infamiam, contra quorum consuetudinem Saluator noster recedentibus discipulis Ioannis, cœpit Ioannem mirabiliter commendare, & in eorum præsentia non commendauit. Mat. 11. Item Pharisæi volentes Christum capere in sermone laudare eum cœperunt, dicentes: Scimus quia verax es. Mat. 22.

CAP. 6.

Ambitiosi,

- 1 *Ambitiosi sunt alieni nominis detractores.*
- 2 *Innocentis sanguinis effusores.*
- 3 *Præsumptuosi famæ iactatores.*
- 4 *Cito regiminis destructores.*
- 5 *Superbi culminis zelatores.*

PRIMO, Sunt alieni nominis detractores, sicut Maria & Aaron ambientes dominium detrahebant Moyfi dicentes: Nobis locutus est Dominus Nu. Item Chore Dathan & complices sui, ambientes Dominium populi Moyfi detraherunt. Num. 16. Item Absalon ambiens detrahebat patri, dicens videntur sermones tui recti, sed non est quite audiar. 2. Reg. 15. Item Alcimus qui volebat fieri summus sacerdos, detrahebat patri coram Demetrio. 1. Mach. 7.

SECUNDO, Ambitiosi sunt innocentis sanguinis effusores Abimelech callidè pertractauit eligi per amicos, qui postea fratres eius interfecit, & alia multa mala commisit. Iud. 9. Item Athalia libidine dominandi omne semen regiũ interfecit. 4. Reg. Item Ptolomæus vt obtineret regionem Iudæorum, Simonem & filios eius interfecit. 1. Mach. 16.

TERTIO, Ambitiosi præsumptuosi sunt famæ iactatores Ideo dicebat præsumptuosè Gaal filius Obeth: vtinam daretur omnis populus sub manu mea, vt auferrem de medio

de medio Abimelech. Iudic. 9. Item eleuabatur Adonias dicens. Ego regnabo post patrem meū. 3. Reg. 1. Item Nabugodonozor dixit voluntarē in eo esse & cogitationem, vt omnem terrā suo imperio subiugaret. Iud. 1. Item dicebat Saron: faciam mihi vnde glorificabor in regno & debellabo Iudam & ipse postea fuit debellatus. 1. Mach. 3.

Q V A R T O, Ambitiosū cito regiminis sunt destructores, nam qui occidit Dominū suum vt regnaret post eum, septem diebus tantum regnauit. Ptolomæus regnum Alexandri voluit occupare ambitiosè. Sed parum gauisus est, quia tertia die defunctus est. 1. Mac. 11.

Q V I N T O Prophani Simonis sunt sectatores, nam qui Iason summum ambiebat sacerdotium, ideo promissit Antiocho 360. talenta argenti, & alia multa, in medio tempore defunctus est, & honore, quia Menelaus, quem ipse miserat ad Antiochum, sciuit in se dictum sacerdotium retorquere. 2. Mach. 4. Item Simon magus ambiēs potestatem dandi spiritum sanctum, voluit eam pecunia comparare. Actuum 8.

S E X T O, Ambitiosi superbi culminis sunt zelatores, quia Iis fuit Aman, qui plus dolebat de Mardochæo eum adorare nolente, quam de aliis qui eum quotidie adorabant. Hest. 5.

CAP. 7.

Amici,

- 1 *Amici habere debent commune gaudium.*
- 2 *Familiare colloquium.*
- 3 *Fidele obsequium.*
- 4 *Malitiæ tedium.*
- 5 *Salubrè consortium.*

P R I M O, Amici habere debent cōmune gaudium, ideo Laban conuocatis amicis, fecit Racheli nuptias, & desponsauit eam. Gen. 29. Item Ionathas dilexit Dauidue quasi animam suam. 1. Reg. 18. Item in huius figura laudat

dauit Dominus villicū iniquitatis, & consuluit nobis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, eis bona nostra communicando. Lucæ 18. Item patens exemplum ponit Saluator noster, de illo qui vadit ad amicum media nocte, & petit sibi commodari tres panes. Lucæ vndecimo.

SECVNDO, Amici habere debeat familiare colloquium, ideo Dominus loquebatur Moyſi de agendis, sicut solet homo loqui ad amicum suum. Exod. 28. Item Aman vocauit ad se amicos suos, & exposuit illis magnitudinem diuitiarū suarum, & filiorum turbam, prospera & aduersa, quæ reputabat se habere, Hester 5. Item amici Iob venerunt consolari eum, & loqui secum. Iob 2. Item Saluator noster eum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, & faciens eis sermonem, familiariter locutus est eis. Ioan. 13.

TERTIO, Amici habere debent, fidele obsequium ideo dixit Ruth ad Noemi: Quo tu perrexeris pergam, & vbi stabis stabo. Ruth 1. Item fidelis amicitia sed indiscreta, quod armiger Saulis mortuus est cum eo. 1. Reg. vltimo. Item Abner dixit Dauidi, fac mecum amicitiam, & erit manustua mecum. 2. Reg. 3. Item Chusai amicus fidelis Dauid non dereliquit eum, sed dissipauit consilia Architophel contra eum. 2. Reg. 17. Item fideles erant amici Eleazaro, qui ei consulebant ne pateretur. 2. Machabæorum 6.

QUARTO, Amici habere debent malitiæ tedium, ideo propheta dixit ad Iosaphat, his qui oderunt Dominum auxilium prebes, & cum eis amicitia iungeris, & ideo iram Dei mereris. 2. Paralip. 19. Item Achimus proditor, amicus factus est Demetrii, & concitauit eum aduersus Iudam & fratres eius dicens, perdidit Iudas & fratres eius, omnes amicos tuos. 1. Mach. 7. Item Herodes & Pilatus facti sunt amici in mortem Christi. Lucæ vigesimotertio.

QUINTO, Amici habere debent salubre consortium ideo Rex Alexander scripsit Ionathæ dicens, audiui quod potens sis &c. 1. Mach. 19. Item bonos amicos habuit Paulus, qui rogauerunt eum ne se daret in theatrum. Actonum 19.

CAP. 8.

Amor Dei.

- 1 *Misericordiam obtinet & peccatorum remissionem.*
- 2 *Impletionem continet præceptorum.*

PRIMO, Misericordiam obtinet: ideo daturus Dominus Moyfi dixit, Ego Dominus faciens misericordiam his qui diligunt me & custodiunt præcepta mea. Exod. 20. Item ob hanc causam post decem repetita mandata, dixit Dominus Moyfi: Diliges Dominum Deum tuum, & ideo postposuit, vt si ab aliquo præcepto offendamus, pro dilectione, misericordiam Dei habeamus. Deut. 6.

SECVNDO, Impletionem continet præceptorum: ideo dixit Moyles populo, Quid petit Dominus à vobis nisi vt diligatis eum. Deut. 10. Item Iosue post alias admonitiones, dixit populo, Diligetis Dominum Deum vestrum. &c. Iosue 23. Itē Paulus, Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum anathema sit. q. d. talis nullum præceptum seruauit. 1. Cor. 16. Hoc est quod Paulus dixit alias, Si linguis loquar hominum & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans & cymbalum tinniens. &c. vbi ostendit, quod nullam bonum fieri possit, sine dilectione Dei & proximi. 1. Cor. 13.

CAP. 9.

Amare proximum debemus.

- 1 *Pro eo effundendo spiritualem orationem.*
- 2 *Singularem ostendendo dilectionem.*
- 3 *Salutarem exhibendo compassionem.*
- 4 *Liberalem faciendo subventionem.*
- 5 *Personalem dimittendo offensionem.*

PRIMO, Amare debemus proximum, spiritualem pro eo effundendo orationem: ideo Abraham sollicitus, & deuotè orauit Dominum, vt parceret Sodomitis

mitis, quod fuit signū magnę dilectionis, Gen. 8. Item tantam dilectionem erga proximum habuit Moyses, quod orans dicebat Deo: Aut dimitte eis noxam hanc, aut dele me de libro vitę. Exod. 13. Item Dominus monuit etiam nos orare pro proximis, non solum amicis, sed inimicis: dicens, Orate pro persecutibus & carnificantibus vos. Mat. 5.

S E C U N D O, Amare debemus proximum, singularem ostendendo dilectionem: & ideo reprehensus est Cain graviter, qui dixit se non esse custodem fratris sui sicut sui ipsius, Gen. 4. Item Moyses ita dilexit quemlibet de populo, vt semetipsum. Num. 11. & 14. Item anima Ionathę conglutinata est animę Dauid, & dilexit eum sicut animam suam 1. Reg. 19.

T E R T I O, Amare debemus proximum salutarem exhibendo compassionem: nam filij Israel, post occisionem filiorum Benjamin, compatibles fleuerunt. Iud. 21. Item Dauid compatiens inimico Saul mansit in planctu 2. Reg. 3. Item hoc etiam ostendit in filio licet malo, in fletu quem fecit in morte Absalon 2. Reg. 38. Item hoc etiam ostendit in proximo in occisione Abner. 2. Reg. 3.

Q U A R T O, Amare proximum debemus, liberalem faciendo subventionem: ideo magnā dilectionem Hieremias ad filios transmigrationis. Hiere. per totum. Item Tobias multum proximos diligebat, quia multis multa beneficia faciebat. Thob. 1. Item hunc amorem pro fratre habuisse ostenditur Samaritanus, qui vulnerato & Semiuiuo multa beneficia largitus est. Luc. 10.

Q U I N T O, Amare proximum debemus personalem dimittendo offensionem, In eius figura dixit Dominus Petro, dimitte fratri tuo non septies, sed vsque septuagesies septies. Mat. 19. Item miram dilectionem habuerunt ad proximos, Christus & Stephanus qui non solum dimiserunt iniurias, sed etiam pro persecutoribus & interfectoibus orauerunt. Luc. 23. Acto. 7.

CAP. 10.

Amor consanguinitatis non debet impedire.

- 1 *Donorum distributionem.*
- 2 *Dolorum mitigationem.*
- 3 *Superiorum propositionem.*
- 4 *Diuinorum reuelationem.*

PR I M O, Amor consanguinitatis non debet impedire, donorum distributionem, & ideo Moyses distribuens Leuitis boues & plaustra, nullum dedit filiis. Item non legimus Moysen aliquod magnum dedisse officium, alicui de filiis suis. Exodi. Leuit. Deute. 11. Item migrante Moysse, rogauit Dominum vt populo suo prouideret, de duce idoneo, nullum tamen de filiis suis nominauit. Nume. 17. Item Iosue distribuens terram filiis Israel, minorem partem tribui suæ dedit. Iosue 17. Item ideo Dominus nec vtrunque Iacobum Christi fratres dimisit caput Ecclesiæ, sed Petrum. Iohan. 21.

SE C V N D O, Amor consanguinitatis, non debet impedire dolorum mitigationem & ideo Heli audiens mortem filiorum, non est visus multum turbari, sed solum de captione Archæ. 1. Reg. 4. Item Dauid mortuum paruulum filium suum non plorauit, sed potius gaudium demonstrauit. 2. Reg. 17. Item Ioab increpauit Dauid, de nimio fletu, in morte filii sui Absalon. 2. Reg. 18. Item mater illa mirabilis, videns filios suos septem mori, non ostendit dolorem, sed eos mirabili affectu consolata est. 2. Mach. 7.

TE R T I O, Amor consanguinitatis, non debet impedire superiorum propositionem, & ideo Iudæi præliaturi contra Nichanorem, plus timebant, de templo & diuitiis templi, quam de filiis & vxoribus eorundem. 2. Mach. 26. Item loquente Iesu ad turbas, cum quidam dicerent, adesse matrem & fratres eius, respondit: Quæ est mater mea, &c. Matth. 1.

Q V A R T O, Amor consanguinitatis non debet impedire diuinorum reuelationem: ideo dixit Dominus Petro, Caro & sanguis non reuelauit tibi sed pater meus, ostendens quod caro prauas reuelationes ostendit. Mat. 16. Item propter hanc causam dicebat Paulus, Cum

autem placuit illi qui me segregauit ex utero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filium suum in me &c. non acquieui carni & sanguini. ad Gal. I.

C A P. II.

Angeli boni sunt.

- 1 *Reuelatores contingentium.*
- 2 *Liberatores innocentium.*
- 3 *Regulatores promerentium.*
- 4 *Propugnatores infringentium.*
- 5 *Increpatores delinquentium.*
- 6 *Confortatores patientium.*
- 7 *Incitatores exercentium.*

PRIMO, Angeli boni, sunt reuelatores contingentium, & ideo apparuerunt Angeli Abraham, qui erga eos, se habuit familiariter, & ideo illi plura secreta reuelauerunt. Gen. 18. Item reuelauit angelus Eliæ, quod nuncius Ochofiæ, quod de lecto suæ infirmitatis non descenderet, 4. Reg. 1. Item per angelos Danieli magna misteria reuelata sunt. Dani. 10. & 11. Item Zachariæ apparuit angelus, conceptione & vitam præcursoris annunciatus & reuelans. Luc. 1. Item Mariæ modum incarnationis saluatoris, idem angelus nunciauit. Luc. 1. Item Mariæ magdalensæ, & societati suæ, angeli nunciauerunt, Christum à mortuis resurrexisse. Mar. 28. Mar. 16. Luc. 23. Item aduentum Christi, ad iudicium in die ascensionis, Apostolis angeli reuelauerunt. Acto. 1. Item per angelum suum, diuersa genera secretorum Deus reuelauit Iohanni, Apoca. per totum.

SECUNDO, Angeli boni, sunt liberatores innocentium: ideo illi qui hospitati sunt cum Loth, eum de periculo Sodomorum eruerunt. Gen. 19. Item Raphael, qui fuit dux Thobis, eum piscis deuotione liberauit, & patrem à cæcitate curauit. Thob. 6. & 11. Item ascendit an-

dit angelus Domini cum Azaria, & sociis eius in fornacem, & eos de incendio liberavit. Dan. 4. Item incarcerato Petro, angelus Domini astitit, & lumen refulsit in tabernaculo carceris, & eum de carcere liberavit. Acto. 12.

TERTIO, Angeli boni, sunt regulatores promerentium: ideo angelus reuelavit Abraham, prohibens ne filium suum interficeret. Gen. 22. Item angelus Domini apparuit Balaam venientem super asinam, & prohibuit, ne populo Dei maledictionem inferret. Num. 23. Item reuelavit Ioseph, volenti Mariam coniugem suam occultè dimittere, prohibens dimissionem, & rationem suæ integritatis ostendit. Mat. 1.

QUARTO, Angeli boni, sunt propugnatores infrigentium: in cuius figura, vidit Iacob scalam & angelos ascendentes, & descendentes per eam: quod significat, viam eundi in cælum. In qua figura docebant angeli, per vitam contemplatiuam, nos ascendere, & ad comparationem proximorum, per actiuam nos descendere debere. Gen. 28. Item apparuit Esaiæ, vnus de Seraphim & mundauit labia eius calculo, ad aptius loquendum. Esaiæ 6. Item docuit angelus pastores, nunciare vitam Christi pueri nati in Bethlehem pannis inuolutum. Luc. 2. Item iastruxit Ioseph angelus dicens, Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum. Mat. 2.

QUINTO, Angeli boni, sunt increpatores delinquentium: ideo angelus Domini stetit supra castra Ægyptiorum, & populi Israel, vt eum defenderet. Exod. 4. Item plures angeli erant cum Elisæo, ad eum defendendum, ita mali cum aduersariis ad nocendum, quos Elisæus puero monstrauit. 4. Regum 6. Item cum magna pugna esset inter Iudam Machabæum & Ptholomæum, apparuerunt de cælis, quinque angeli sedentes in equis, armis populum, & Machabæum defendentes. 2. Mach. 1. Item apparuit angelus præcedens Iudam & exercitum eius, in veste candida. 2. Mach. 11. Sic increpauit angelus Filios Israel, quod amicitiam fecissent Chanaan: Iud. 20. Item numero populo à Dauid, angelus Domini extendit manum super Hierusalem, vt disperderet eam: & Dauid

vidit angelum Domini cedentem populum, & dixit. Ego sum qui peccaui. 2. Reg. 24. Item percussit angelus Domini de populo Sennacherib qui contra Dei populum dimicabat, centum octuaginta quinque millia virorum. Item percussit angelus domini Helyodorum, qui templum expoliare volebat. 2. Machab. 3. Item Herodem volentem recipere honorem diuinum, percussit angelus domini, & consumptus à vermibus expirauit. Actuum 12.

S E X T O, Angeli boni, sunt confortatores patientium, Sicut angelus Gedeon, eum iuuans ad pugnam, & vespere de triumpho victoriæ ei afferuit. Iudicum 6. Item Ecce Agar eiectæ de domo Abraham cum filio, apparuit angelus domini, & confortauit eam, Gen. 21. Item, fugientem Eliam, à facie Iesabel, angelus cibo reficiens, confortauit. 3. Regum 19. Item transtulit angelus Abacuch, de Iuda in babylonem, vt confortaret Daniele, in lacu Leonum. Danielis. 6. Item, post recessum ipsius tentationis diaboli, accesserunt angeli ministrantes Christo. Mat. 4. Item oranti Christo, & petenti transferri calicem passionis, apparuit ei angelus, confortans. Luc. 22.

S E P T I M O, Angeli boni, sunt incitatores exercentium, Sicut angelus domini, incitauit apostolos eductos de carcere, dicens, surgite & loquimini ad plebem. Actuum 5. Item apparuit angelus Philippo, & incitauit eum, vt iret in Gaza: qui vadens in illa via eunuchum conuertit. Actuum. 8. Item incitauit angelus Cornelium vt iret ad Petrum, qui vadens fidem Christi & baptismum suscepit. Actuum. 9. Item in cuius figura, redeun- ti Iacob ad patrem suum apparuerunt angeli: & ipsam deduxerunt secum. Gene. 32. Item propter hanc causam, dixit dominus populo. Ecce mitto angelum meum qui præcedet te, sequitur & introducet te ad terram pmissi- onis. Exodi 12. Item Raphael in huius figurâ Tobiam reduxit ad patrem Tobia. Tobia. 11. Item ob hanc causam, dicit Iudith, custodiuit me angelus domini, eum sem & redeuntem. Iudith 13. Item, factum est vt mo-
reretur

eretur Lazarus, & portaretur ab angelis in sinu Abra-
hæ. Luc. 16.

C A P. 12.

Angeli mali sunt.

1. *Christianorum tormentatores.*
2. *Adulatorum punitores.*
3. *Vitiorum introductores.*
4. *Mundanorum relatores.*
5. *Divinorum formidatores.*

PR I M O, Angeli mali, sunt Christianorum tormen-
tatores. In huius figura legitur, quod spiritus Dei
malignus exagitabat Saul, qui dicitur spiritus De-
i, qui potestatiue potest quicquam, patet 1. Regum, 16.
Item sicut tormentauit in tribus, videlicet, filiis, bonis
terrenis, & carne, Job 1. Et hoc permissiue à Deo. Item
filia Chara mulieris Chananeæ à demonio vexabatur,
quam Christus misericorditer liberauit Mat. 15. Sic e-
tiam vexabatur ille demoniacus spumans & stridens
dentibus. Mat. 9. & Luc. 9.

S E C V N D O, Angeli mali, sunt adulatorum punito-
res, hic enim occidit septē viros Saræ, filie Rachueis,
qui intrabant ad eam, sicut equus & mulus, non amo-
re prolis, sed ardore libidinis. Tobie 6. Item propter
hanc causam dicitur dominus de Magdalena septem de-
monia eiecisse, Marci 16. Luc. 8.

T E R T I O, Angeli mali, sunt vitiorum introducto-
res, nam faciunt hominem crudelem, quod figurarunt
illi demoniaci sæui nimis Mat. 8. Item faciunt homi-
nem immundum, nam demoniaci in monumentis
Mat. octauo. Item petierunt demones intrare in por-
cos, Lucæ octauo. Mat. octauo. Item ideo vocatur à
Deo spiritus immundus, qui alibi per penitentiam

exit ab homine, regrediens autem assumit septem spiritus nequiores se, Luc. 11. Item facit hominem surdum, cœcum & mutum, Luc. 11. Mat. 12.

QUARTO, Angeli mali, sunt mūdānorum relatores. Propter quod, Saluator noster laudes eorum tenuit, & ipsos tacere præcepit cum ipsi dicerent veritatem. Luc. 4.

QUINTO, Angeli, mali sunt diuinorum formidatores, Vnde Saluator noster septem demoniacos liberauit infra, c. 8. Item Paulus in hac virtute curauit puellam quam spiritus phitonieus agitabat. Acto. 16. Item quia derisue, in nomine domini & Pauli volebant eicere demones, demoniacus in eos insilijt & onfudit. Act. 19.

CAP. 13.

Animæ immortalitatem probant.

- 1 *Exempla virorum decedentium.*
- 2 *Exempla locorum continentium.*
- 3 *Exempla perfectorum credentium.*
- 4 *Exempla mortuorum surgentium.*
- 5 *Exempla verborum permanentium.*
- 6 *Exempla sanctorum asserentium.*

PRIMO, Animæ immortalitas probatur ex eo, quod dicitur de Abraham, appositus est ad populum suum, Gen. 26. ex quo probatur quod in alia vita bene vixerunt sicut ipse dixit. & similiter habetur de Isaac. Gen. 36. & de Iacob. Gen. 49. Item appatens Dominus Moyfi dixit, ego sum Deus Abraham, Isaac & Iacob. Exod. 3. Item dicitur quod non est Deus mortuorum, sed viuentium. Mat. 22. Item reddidit Dominus Iob duplicem omnium quæ possederat & perdiderat, & non habuit nisi septem filios & tres filias sicut prius, vnde Gregorius, in moralibus quod hi qui fuerant mortui, viuere comprobantur, frequenter legimus in Libris Regum: dormiuit cum patribus suis. Ex quibus verbis, probatur eos post mortem esse resurrexuros, sicut de dormiente apparet.

ret. Item ex verbis defunctorum damnatorum colligitur quod viuunt tam boni quàm mali, scilicet, in alio seculo, dicentium: Nos insensati vitam illorum estimabamus insaniam, & finem illorum sine honore &c. Sapien. 5.

SECUNDO, Animæ immortalitatem probant exempla locorum continentium. Nam sunt duo loca animabus deputata. s. Paradysus & infernus. Ideo cum Iacob crederet mortuam Ioseph, dixit: descendam ad filium meum cum dolore ad inferos. Genes. 37. Item fratres Ioseph dixerunt, duodecim fratres sumus ex vno patre geniti quasi adhuc viueret quem mortuum estimabāt, minimus cum patre nostro est. Genes. 42. Item de Chore & complicibus suis dicitur: descenderunt viui in infernum, operi humo, vt per hoc ostendatur quod mali in inferno viuunt, secundum animas immortales. Nu. 16. Item cum interfectus esset Absalon, 2. Regum, 18. Dauid lamentabiliter planxit eum, vt dicit Augustinus de doctrina christiana. non orbitate filij deluit, sed nouerat in quas pœnas cum impiis & parricidis anima torqueretur. Nam & pro alio filio qui innocens erat, pro quo egrotante affligebatur: moriente vero letatus est. 2. Regum. 12. Item Thobias dixit, filij sanctorum sumus, & vitam illorum expectamus quam dominus, daturus est his qui fidem habent in eum. Thobix. 8.

TER TIO, Animæ immortalitatem probant exempla perfectorum, credentium, Si Saul non credidisset animā Samuelis viuere, nō eū suscitari petiisset. 1. Reg. 28. Item hanc fidem perfectè habuit Dauid, quando mirantibus seruis, quod pro mortuo filio non lugebat: sed dixit ego ibo ad eum, ipse non reuertetur ad me. 2. Regum. 12. Item fidem hanc tenebat Thobias, dicens, in pace repōnam spiritum meum. Thobix. 3. Item fidelis Eleazarus, tuadentibus suis, respondit, manus Dei, vitus nec defunctus effugiam. 2. Macha. 6. Item ex verbis fidelibus septem fratrum credentium, aperte colligitur animas viuere post hanc vitam. 2. Machab. 7.

QUARTO, Animæ immortalitatem probant exempla mortuorum surgentium. Nam Elias resuscitatus puerum, hospitix suę dixit, reuertatur anima pueri

huius obsecro in viscera eius, quæ nisi vixisset, non poterat intrare. 3. Regum 17. Item Eliseus non suscitasset puerum Sunamitidis nisi anima eius vixisset. 4. Regum quarto. Item Saluator suscitaturus adolescentem defunctum ac si viueret vocauit eum, & surgere imperauit. Luc. septimo. Item puellam dormientem appellat, tanquam eam de somno excitans Christus suscitauit. Matthæi nono, Item mortuum Lazarum quadriduam quasi viuentem vocans, dixit, Lazare veni foras. Ioannis 11.

Q V I N T O, Animæ immortalitatem probant, exempla verborum permanentium, ideo Christus suis discipulis dixit, nolite timere eos, qui occidunt corpus animam autem non possunt occidere. Matthæi decimo. Item hoc vnum patet, ex verbis eiusdem resurrectionem petentibus. Matthæi 22. Item in parabola. De Lazaro & diuite epulone, Luc. 16. ostenditur anima viuere, post hanc vitam, Item consiliu Christi fuit, facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis recipiant vos. &c. Luc. 16.

S E X T O, Animæ immortalitatem probant exempla sanctorum asserentium. Ideo Salomon ait, reuertetur puluis in terram suam, & spiritus ad dominum qui creauit illum. Ecclesiastes vltimo. Item Stephanus cum lapidaretur dixit, Domine accipe spiritum meum. Actuum septimo. Item Paulus dixit, Si dominus terræ stans, sequitur, habeamus domum non manufactam in cœlis, secundo ad Corint. tertio. Item Paulus dixit, cupio dissolui & esse cum Christo. ad Philipenses 1.

CAP. 14

Apparuit aliquando Deus.

- 1 *Nescientibus instruendo.*
- 2 *Delinquentibus corrigendo.*
- 3 *Querentibus promittendo.*

- 4 *Confugientibus defendendo.*
- 5 *Non credentibus asserendo.*
- 6 *Patientibus refouendo.*
- 7 *Diligentibus expiando.*

PR I M O, Apparuit aliquando Deus, nescientibus instruendo, sicut ante peccatum, Adam instruens & admonens, apparuit ne de Ligno vetito manducaret, Gen. 2. Item Noe instruxit, & apparuit, vt faceret Archam, & modum, & ordinem demonstrauit, Gen. 7. Item monuit Abraham vt de terra & cognatione sua exiret, Gen. 12. Item multoties apparuit Moyse ipsum de liberatione & ducatu & etiam regimine populi instruendo. Exodi 3., & infra. Item sic fecit Iosue, multoties apparens. Item in linguis igneis Apostolis apparuit, vt eos instrueret ardentem prædicare. Actuum 2. Item Petro oranti apparuit dominus, & eum de Corneli conuersione instruxit. Act. 10. Item Paulo apparuit & admonuit, vt sicut in Ierusalem prædicauerat, ita eum Romæ prædicare competebat. Act. 13.

SE C V N D O, Apparuit aliquando Deus, delinquentibus corrigendo, sicut apparuit Adæ & Euzæ, post peccatum Genesis tertio. Item sic apparuit Cain post fratricidium eum arguens de peccato commisso. Genesis 4. Item per somnium apparuit Abimelech, dicens, morieris tu propter mulierem quam tulisti Abraham. Gen. 20. Item Salomoni apparuit, & eum de commisso dure increpauit. 3. Regum vndecimo. Item cum appropinquaret Saulus Damasco, vt caperet Christianos apparuit ei dominus in luce, quem excecavit & prostrauit. Actuum 9.

TE R T I O, Apparuit aliquando Deus querentibus promittendo, Sic apparuit Abraham, dicens: Semini tuo dabo terram hanc. Genesis 12. Et Salomoni apparuit, dicens, Postula quod vis & dabo tibi. tertio Regum 3.

QV A R T O, Apparuit aliquando Deus, Confugientibus defendendo. Et sic multoties apparuit Iacob, qui fratris iracundiã fugiebat, & eum defendere pmisit, Gen. 28.

Item

Item quando David debebat committere bellum, semper consulebat Dominum, eo quod semper apparendo respondebat ei, promittendo ei auxilium, 1. Reg. 23. & cap. 30.

Q V I N T O, Apparuit aliquando Deus, non credentibus asserendo, Sicut supra Christum baptizatum Spiritus Sanctus visus est, paterna vox audita est, Hic est filius meus dilectus. Matt. 3. Item in transfiguratione ut discipuli crederent, apparuit Spiritus Sanctus in nube, Pater in voce testificans Christum filium suum esse, Matthæi 17.

S E X T O, Apparuit aliquando Deus patientibus, refouendo. Sic apparuit Iacob in persecutionibus Esau, monstrando ei mirabiles visiones, Genesis 28.

Item Christus apparuit post resurrectionem Magdalene primo afflictæ, deinde Petro, postea duobus discipulis euntibus in Emaus, postea aliis simul congregatis, Matthæi 28. Item Stephano in sua passione ostendit cælos apertos, & ei apparens seipsum stantem à dextris Dei ad eius consolationem, Act. 7.

S E P T I M O, Apparuit aliquando Deus diligentibus expiando, sic apparuit Abrahamæ tentans eum ut tolleret filium suum, ut super unum montium eum offerret sibi in Holocaustum, Gen. 22. Apparitiones Angelorum require supra cap. 11.

C A P. 15.

Aspectus incautus est.

- 1 *Præceptorum transgressiuus.*
- 2 *Lasciuorum intensiuus.*

P R I M O, Aspectus incautus est præceptorum transgressiuus, Nam prima mulier quia pomum incauté aspexit transgressa est præceptum diuinum, gulæ vitium letaliter committendo. Gen. 3. Item quia Cham vercundiam patris incauté aspexit, transgressus est honorem patris præcepti commisit derisionis peccatum, ex quo accepit, maledictionis effectum, Gen. 9.

Item

Item timuit Abraham ne ex incauto aspectu homicidium sequeretur, ideo dixit Sarę vxori suę, Si viderint te Ægyptij occident me & te reseruabunt, Gen. 12. Sic Diana volens incautę respicere mulieres regionis illius, fuit violata à Sichem, vnde multa homicidia consequuta sunt. Ge. 34. Item Herodes, quia saltationem aspexit incautę, promisit, & nequiter adimpleuit homicidium decollando Iohannem. Mat. 14.

S E C V N D O, Aspectus incautus est lasciuorum intensius: nam accendit & fouet lasciuis luxuriam, & maxime aspectus pulchrę mulieris. Nam videntes filij Dei filias hominum quod essent pulchrę, ex pulchrioribus electis vxoribus per eos: acceperunt sibi ex omnibus quas elegerant. Ge. 6. Item Iudas quia Thamar aspexit in biuio exarsit in libidinē, & cum ea peccauit. Gen. 38. Item Domina, cui seruebat Ioseph oculos coniecit in eum, & in eius ardens libidinem molestauit eum. Gen. 39. Item vidit Dauid mulierem lauante se, & ex hoc adulterium & homicidium perpetravit. 2. Regum. 11. Item Holofernes, videns Iudith pulchram & ornatā, ob eius pulchritudinem fuit captus. Iudith. 10. videbāt duo senes quoti die Susannaam in pomerio ambulante & in eius concupiscentiam exarserunt. Daniel. 13.

C A P. 16.

Astutia, astuti sunt.

- 1 *Imitatores demoniorum.*
- 2 *Deceptores sociorum.*
- 3 *Assimulatores amicorum.*
- 4 *Oppressores subditorum.*
- 5 *Executores inimicorum.*
- 6 *Celatores delictorum.*

P R I M O, Astuti, sunt imitatores demoniorum, Diaboli enim fuit primus magister astutię & calliditatis. & hoc in serpente qui erat callidior cunctis animalibus terrę, qui primam mulierem sua seduxit astutię & calliditate, & ideo non decepit virum, in quo maior prudentia residebat, Genes. 3. Item quia Sacham coram
Deo

Deo volenti sanctitati Iob non potuit derogare, eum callidè de carne voluit omnia auferendo, & nuncios simul venire faciendo & multiplicato dolore eius per impatientiam. Iob. 1.

S E C V N D O, Astuti sunt deceptores sociorum sicut Laban multoties Iacob illudere astutè nunc vxore, nunc mercede, & semper nouas astutias exquirendo, Gen. 29. 30. Item cum Laban traderet omnem suppellectilem quam habebat Iacob callidè fuit à Rebecca delusus. Gen. 31. Item filij Iacob voluerunt patrem astutè decipere, mittentes ei tunicam intinctam in sanguine Hedi vt crederet filium à bestiis deuoratum. Gen. 37. Item Gabaonitæ nouis astutiis Iosue & filios Israel decipere procurarunt. Iosue 9. Item vanum circuitum fecerunt Iudæi cæco nato vt eum verbis caperent & monstrarent meadacem. Ioannis 9.

T E R T I O, Astuti sunt assimilatores amicorum, fingentes quod sunt natura fratres, vt qui callide deceperunt Sichem, & populum ciuitatis, religionem & amicitiam fingentes. Gen. 34. Item Sedecias propheta Baal fecit sibi cornua ferrea vnum prophetam se simulans & fefellit Regem Achab, dicēs iis cornibus Syriam ventilabis. 3. Reg. 22. Item callide cogitauerunt Pharisei monstrantes se velle honorare Iesum, dicentes, Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, volentes eum capere in sermone. Mat. 22. Item similes fecerunt cum adduxerant ei mulierem in adulterio deprehensam Ioan. 8.

Q V A R T O, Astuti, sunt oppressores subditorum, nouas astutias inuenientes vt subitò alios decipiant & occidant, sicut Pharo diuersas excogitauit astutias vt filios Israel extirparet Exod. 1. & 5. Item callide voluit Saul facere occidi David, simulans se velle esse suum consanguineum dans ei filiã suam in vxorem. 1. Reg. 18. Item scelerata Iesabel nouam inuenit astutiam, vt vineam Naboth auferret, eum occidi faceret sine culpa. 3. Reg. 21. Item Athalia vt regnare posset omne semen regium callidè interfecit. 4. Reg. 11. Item Herodes Tyrannus impius, callide cogitauit Christum occidere, nunc exquirendo à magis, nunc pueros occidendo, Mat. 2.

QUINTO, Astuti sunt executores inimicorum, Sicut cogitauerunt Philistei ne Faber ferrarius inueniretur in Israel, ne fabricaret arma vel gladios, & sic facile superarentur. 1. Reg. 13. Item Absalon inuitabat Ammon qui eius sororem opprresserat callide vt eum occideret ordinauit, 2. Regum 13. Item astute nuntius Sennacherib loquebatur Rabfaces, alta voce vt audiret populus qui erat super muros & timentes traderent ciuitatem. 4. Regum 18. Item Satrapę Persarum iniuriates Danieli, astute procurauerunt quod Rex faceret decretum quod sciebant Daniele facturũ, & sic ipse exosus Regi, incurreret pœnam mortis. Danielis 6. Item callide a quibusdam comitantibus Paulo necessitate veniens vbi Paulum voluerunt populi adorare vt Deum, fuit postea Paulus lapidatus. Act. 14.

SEXTO, Astuti sunt celatores delictorum, nituntur eorum scelera occultare facta vel fienda aliquo velamento bonitatis ne cognoscantur, Sicut David astute voluit celare adulterium pietate quando misit pro Uria vt cum vxore quiesceret ac dormiret, 2. Regum 11. Item nephandas astutias tenuit Amon qui volens violare sororem sub specie egritudinis celauit iniquitate, 2. Reg. 13. Item ambitionem regni celabat astute Absalon sub pietate iudicij, eunctantibus dicendo: Videntur veri sermones tui, boni & recti sed non est qui te audiat constitutus à Rege, 2. Regum. 15. Item sub specie sacrificij fecit Ieroboam vitulos aureos ne fieret sacrificium in Ierusalem & regnum ad dominum David reuerteretur vt patet 3. Reg. 13. Item duo Senes pessimi, sub pretextu iudicij iniquitatem pessimam clamauerunt. Dan. 13.

C A P. 17.

Auari sunt.

- 1 *Iurgiorum materiam exquirentes.*
- 2 *Thesaurorum pecuniam appetentes.*
- 3 *Iudicium iustitiam peruertentes.*
- 4 *Sacrilegiorum nequitiam admittentes.*
- 5 *Occisorum malitiam incurrentes.*

6 *Proditorum perniciem exercentes.*

7 *Punitorum tristitiam sustinentes.*

PRIM^o, Auari sunt, iurgiorum materiam exquirentes, nam auari primo sunt linguaces & discoli, in cuius figura Cain, qui interpretatur possessio, Abel fratrem suum nequiter interfecit. Gen. 4. Item propter nimiam substantiam, Abraham & Loth non poterant habitare simul, propter quod pastores habuerunt iurgium vtriusque. Gen. 13. Propter hanc causam Saluator noster noluit se intromittere de diuisione terrenæ hæreditatis cum super hoc fuerit requisitus. Luc. 21.

SECOND^o, Auari sunt thesaurorum appetentes, nam auari nunquam satiantur, sed semper acquirere volunt, non sicut Abel, quia sancti & pauperes spiritu nolunt hic habere ciuitatem manentem, sed futuram inquirunt. Gen. 4. Item obtenta victoria de Arphaxat Nabugodonosor statim concupiuit regna alia. Iudith 1. Item adolescens qui inhiabat ad plura, recessit à domino tristis, cum audiuit, quod non solum plura non quæreret, sed relinqueret acquisita, Mat. 19. Item contra illos qui bona temporalia congregare nituntur, dixit Christus similitudinem hominis illius, cuius agri fructus vberes afferebant, Luc. 12. Item propter auaritiam quæditorum qui amplius volebāt acquirere, factum est vt Paulus ter virgis fuerit cæsus Act. 16. Itē argentarius ex auaritia vltterius acquirendi in Paulum seditionem excitauit. Actuum. 19.

TERTI^o, Auari sunt, qui cupiditate ducti peruertunt iudicium, & veritatem in falsitatem cōmutant. Ideo dicit Iethro Moyfi, Elige consiliarios homines Deum timentes qui oderunt auaritiam, quasi diceret: tales peruertunt iudicium & veritatem. Exodi 18. Item Balsam auaritia seductus, seductionem populi in maledictionem conuertit. nu. 22. Item filii Samuelis secuti sunt auaritiam, & iudicium peruerterunt. 1. Regum. 8. Item vinea Naboth fuit causa, quod falsi testes, testimonium produxerunt falsum cōtra eum. 3. Regum 21. Item propter pecuniam, corrupti custodes sepulchri, mēiti sunt, dicentes

dicentes quòd Corpus Christi fuit per discipulos sublatum, Mat. 28. Item Felix Præses, quia pecuniam non receperat à Paulo, ipsum non restituit. Act. 24.

Q V A R T O, Auari sunt Sacrilegiorum nequitiam admittentes. Auaritia Clerici committunt symoniam & sacrilegium nephandum & ultra modum per pecuniam & oblationes Vnde non hodie Religiosi vel Clerici sunt qui oblationes faciunt prohibere, sicut qui templi præerant operibus faciebant. Exod. 38. Item Giezi vendidit curationem Naaman, quam Eliseus fecerat gratis pretium renuendo. 4. Regum. 5. Item Menelaus propter pecuniã quam promisit Andronico summum Sacerdotium obtinuit. 2. Macha. 4. Item Sacerdotes propter auaritiam permittebant oues, & boues in templo, & esse cathedras vendentium. Mat. 21.

Q V I N T O, Auari sunt occisorum malitiam incurrentes, nam auari propter suam cupiditatem multotiens incurrunt mortem. Nam Achior cupiditate ductus de Anathemate Iericho accepit, ideo fuit morti adiudicatus. Iosue. 7. Item Nabal qui nuntios Davidis spreuit nimis fuit auarus, ideo ferè totam substantiam perdidit & vitam, Verum propter largitatem & prudentiam vxoris euasit. 1. Regum. 25. Item propter hanc causam Iudas dixit commilitonibus suis, non computetis spolia, quia bellum contra nos est, quasi diceret faciliter occidemus si ita facimus. 1. Machab. 4. Item obsidiens turres corrupti pecunia, dimiserunt quosdam, & ideo occisi sunt. 1. Machabeorum. 1.

S E X T O, Auari sunt proditorum perniciam exercentes. Auari nisi pecuniam habeant, prodiciones exercent. Et amicus amicum supplantat, Nam Dalila propter pecuniã Samsonem tradidit, quem prius diligere ostendebat. Iudicum. 16. Item Iudas Iscariotes propter pecuniam quam perdidit de unguento, Christum vendidit, à quo tot bona, & tanta beneñcia receperat. Mat. 26. Luc. 22. Marci. 14. Ioan. 18.

S E P T I M O, Auari sunt, punitornm tristitiam sustinentes. Quia auari sunt grauitè puniendi & corrigendi à prælato, eo quod grauitè puniuntur à Deo, nam præcipua iacitatio reprobationis Sautis videtur fuisse

cupiditas quam habuit in præda Amalech primo Reg. quindecimo Item Ptolomeus increpauit Alexandrum quia regnum per auaritiã concupiuit. i. Mach. ii. Item acerbe punitus est diues epulo qui de micis panis Lazaro fuit auarus. Luc. 16. Itẽ emptores bouum & villarum. i. mobiliũ & immoibliũ sunt exclusi à cœna magna. Luc. 14. Item terribilia euenerunt Ananiæ & Saphiræ propter auaritiã. Act. 5.

C A P. 18.

Audiri debet verbum Dei.

- 1 *Cum fidelitate credendi.*
- 2 *Cum sanctitate reuerendi.*
- 3 *Cum assiduitate implendi.*
- 4 *Cum voluntate pœnitendi.*
- 5 *Sine impedimento resistendi.*

PRIMO, Audiri debet verbũ Dei in fide, ideo cũ Aarõ verba Dei locutus fuisset ad populũ, credidit ois populus & proni adorauerũt. Exod. Item post aduẽsum Spiritus sancti multi audierunt verbũ Dei, & crediderunt vt creuit ecclesia, Act. 4. Itẽ gentes audientes quod Paulus & Barnabas prædicarent gauisi sunt & crediderũt, Act. 13. Item Paulo & Barnaba prædicantib. Iconiæ audierunt multi quem cũ audirent crediderũt. Act. 13. Item intrante Paulo in synagoga audierunt eũ multi & cum audirent crediderunt, Act. 24.

SE C V N D O, Audiri debet verbum Dei cum reuerentia & deuotione cordis, Ideo Rex Moab statim surrexit de folio, dixitque verbum domini habeo : & rex debes magnam reuerentiã exhibere verbo Dei, Iud. 3. Item Heli, docuit Samuelem, vt reuerenter diceret : loquere domine quia audit seruus tuus. i. Reg. 2. Item librum legis legebat Esdras coram populo à mane vsque ad vesperam, & aures populi erant attentæ ad librum. Esdræ 8. Item reuerenter Maria soror Marthæ audiebat verbum, quæ sedens secus pedes domini audiebat verbum illius. Luc. 10. Item reprehendentes se discipuli de ignorantia cognitionis Christi, dicebãt: nõne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur & aperiret

aperiret nobis scripturas. Luc. 24. Item prædicante Philippo in Samaria intendebat turbæ deuotè his quæ dicebantur ab eo. Actu. 8.

TERTIO Debet audiri verbû Dei, cum assiduitate implendi, nõ enim aure percipere, nisi hoc impleat opere verbû Dei quod audiuit, Ideo dixit populus Moyfi vna voce, oĩa quæ locutus es faciemus. Exo. 24. Itẽ Iob dixit Domino audiui auris, audiui, & post pauca, ego in cinere & fauilla &c. Iob. 42. Item Herodes licet esset pefsimus audiebat Ioannẽ, & audito illo multa faciebat. Mar. 6. Item in sermone Domini in monte, dixit Iesus ouis qui audit verba mea, & facit ea, similis erit viro qui ædificauit domũ suam supra petram Mat. 7. Itẽ mulieri dicenti Beatus venter qui te portauit, dixit Iesus, Beati omnes qui audiunt verbû Dei & custodiũt illud. Luc. 11. Item estote factores verbi & non auditores tantum. Iacobi. 1.

QUARTO, Audiri debet verbû Dei cum voluntate pœnitendi nã audire verbum Dei facit peccatorẽ ab errore viæ suæ desistere, Ideo dixit dominus Ieremia, noli subtrahere verbû ne fortè audiant & cõuertantur. Iere. 26. Item verbû prædicationis Ionę peruenit ad regem & conuertit eum & populũ ciuitatis Ionę 3. Item videntes discipuli quod per prædicationem conuertebantur infideles, dixerunt multitudini, non est æquum derelinquere verbum Dei & ministrare mensis, & illæ mensæ erant pauperum & viduarũ vt ostenderetur, q̃ prædicatio verbi Dei plus valet ad homines conuertendos quàm opera misericordiæ corporalia. Actu. 6. Item Eunuchus audiuit verbum Dei, à Philippo conuersus & baptizatus est, Cornelium conuertit Act. 10. Item Paulo loquente de resurrectione mortuorum. Dionisius Areopagita credidit Actu. 17.

QUINTO, Debet audiri verbum Dei sine impedimento resistendi, Ideo audire verbum Dei nolũt male conuertantur: Ideo dixit Moyfes filij Israel non audiunt quomodo audiet Pharaõ. Exod. 5. Item Rex Achab nolebat audire Micheam prophetam, quia non prophetabat ei nisi malũ, sicut ipse merebatur. 3. Re. 22. Item dixit Dominus Ezechieli domus mea exasperas

est Ezech. 3. Item Iudæi obturauerunt aures suas, vt non audirent Stephanum, & audientes, stridebant dentibus suis. Act. 7. Item quum audissent quidam Paulum de resurrectione mortuorum prædicantem. Act. 17.

CAP. 19.

Auidæ sunt mulieres multipliciter.

- 1 *Ad vitiorum propeationem.*
- 2 *Ad genitorum prosperationem.*
- 3 *Ad filiorum propagationem.*
- 4 *Ad sublimorum cumulationem.*
- 5 *Ad secretorum reuelationem.*
- 6 *Ad vindicationem inimicorum.*
- 7 *Ad gaudiorum enarrationem.*

PRIMO, Auidæ sunt mulieres, ad vitiorum propeationem, semper enim de sibi prohibitis, & amplius desiderant vitia. Ideo prima mulier, de concessis sibi cibis non legitur comedisse nec eos desiderasse, sed solum vitium concupiuit, & de ipso etiam tulit viro ad comedendum. Gen. 3. Item vxor Loth contra prohibitionem Angeli potius vitium respexit, quæ conuersa est in Statuam salis. Gen. 19. Item Dina contra licentiam patris & fratrum voluit videre mulieres regionis, & videri ab iis Gen. 33. Item Domina cui seruiebat Ioseph, quia sciebat adulterium à naturali lege prohibitum, auidè sollicitabatur eum. Gen. 39.

SECONDO, Auidæ sunt mulieres ad genitorum prosperationem. Auidæ sunt mulieres habere filios vt careant sterilitatis opprobrio, Ideo Sara ita desiderabat habere filium, & ideo potius voluit habere Abraham filios de ancilla, quam non habere, credens quod posset filios de se generare. Gen. 16. Item Rachel videns sorore suam Lyam fecundam dixit marito, da mihi filios, alioquin moriar. Gen. 30. Item Anna desiderio habendi filios flebat, & non sumebat cibum. 1. Reg. 1. Item multum desiderauit filium alium mulier, quæ rapuit alienum. 3. Reg. 3.

TERTIO, Auidæ sunt mulieres ad filiorum propagationem.

gationem & de profectibus & de prosperitatibus filiorum, Ideo mulier voluit se ad pedes Elisei pro suscitatione filij, quamvis eius plenā licentiā non haberet nec concessisset. 4. Reg. 4. Itē vxor Tobix̄ quotidie respiciebat viam vt videret filium pro pere veniētem, Tob. 10. Itē mulier chananea, sic feruēdē desiderabat filix̄ sanitate quod Dominū Iesum pluries rogabat pro ea. Et plura opprobria sustinēs, nō destitit donec quod petierat impetrauit. Matt. 15. Itē mater filiorū Zebedei sic audax fuit pro filiorum prosperitate, quōd accessit ad Christum, & petiit liberos ante laborem remunerari. Matt. 20.

Q V A R T O, Auidę sunt mulieres ad sublimorum cumulationem, & habere possessiones & gloriā, Ideo Asa, filia Caleph terram irriguam obtinuit quæ suspirans affectanter postulauit. Iosue. 15. Ita concupiuit Iesabel vineam Naboth quem fecit iniustelapidari. 3. Reg. 21. Item Atthalia concupiscens gloriā & possessionem regni, omne semen regum excepto Ioas à forore sua abscondito interfecit. 4. Reg. 11.

Q V I N T O, Auidę sunt mulieres ad secretorum reuelationē & scire secreta virorum, & quanto magis occultantur, eo amplius ea scire desiderant, sed nullū secretum & propositionē obscurā quin velint sibi eam reuelari, & postea propalant Iud. 14. Dalila etiā vxor Sāpsonis importunitate deuicit eū vt ei secretū pāderet fortitudinis suæ q̄ statim postea Philisteis reuelauit. Iud. 16.

S E X T O, Auidę sunt mulieres, ad vindictam inimicorum & raro parcūt nisi vlciscantur, vt Hester non contenta nisi Aman fuerit suspēsa. Hester. 7. Item Herodias magis appetiit caput Ioānis baptistæ quam dimidium regni. Marc. 6. Item posuit Christus exemplum de vidua quæ fuit molesta iudici, vt eā de aduersario vindicaret.

S E P T I M O, Auidę sunt mulieres ad gaudiorum enarrationem, Et secreta gaudiofa sui cordis exprimere & aliis reuelare. Vnde interrogata Rebecca, si vellet ire cum viro seruo Abrahæ, ad maritum, suā licentiā volēs ostendere nō dixit, si placet vobis, sed letanter dixit, vadam libēter. Gen. 24. Itē puella nomine Rhode, præ gaudio non apperuit Petro, sed quōd Petrus adesset letanter currit intro astantibus nunciare. Act. 12.

CAP. 20.

Baptismus Christianorum est.

- 1 *Demonstratus in figuris.*
- 2 *Prophetatus in scripturis.*
- 3 *Roboratus Christi curis.*

PRIMO, Baptismus Christianorum demonstratus est in figuris, nam figuratus fuit in aquis, nam figuratus fuit per mare rubrum in quo filij Israel liberati sunt à Pharaone, in quo cum suis sequacibus est submersus. Exo d. 14. Item per aquã in qua Eliseus misit sal, vt sanaretur sterilitas aquæ. id est, Christi gratia. 4. Reg. 2. Itẽ Septenario Naaman in Iordane, quæ eum mundauit, à Lepra sanctificabat, septem dona spiritus sunt in quibus homo plenissimè baptisatur. 4. Reg. 5.

SE CUNDO, Baptismus fuit prophetatus in scripturis à Prophetis antiquis & nouis, nam de eo prophetauit Ezechiel, dicens, effundam super vos aquã mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis. &c. Ezech. 36. Item Ioannes Baptista prophetarum eximius prædicauit Baptismum & incepit eum, & Christi Baptismum prophetando nunciauit. Mat. 3.

TERTIO, Baptismus Christianorum, consecrauit & approbavit Christus quando scilicet fuit baptisatus, à Ioanne, & spiritus sanctus apparuit in columbæ specie, vt aquis virtutem tribueret salutarem. Mat. 3. Item præcepit Christus Baptismum fieri de necessitate. Cum dixit nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit in regnum cælorum. Ioan. 3. Prædicari voluit etiam Christus Baptismum & formam baptizandi tradidit, dicens, Euntes in mundum vniuersum docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Marci vltimo. Item Christus fidem & salutem nostram ostendit in Baptismo, dicens, Qui crediderit & baptisatus fuerit hic saluus erit. Marci. 16.

Benedictionem Dei recipiunt.

- 1 *Coniugiorum perfecti observatores.*
- 2 *Præceptorum similiter executores.*
- 3 *Flagellorum electi supportatores.*
- 4 *Bonorum accepti operatores.*
- 5 *Deuotorum dilecti hospitatores.*

PRIMO, Benedictionem Dei recipiunt, coniugiorum perfecti observatores, quia Deus dixit existentibus in bono necessario, scilicet ad filios procreandum intentionem habendo. Sic benedixit Adæ & Euz, Dominus, dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram. Gen. 1. Item Noe & filiis eius benedixit Deus dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram. Gen. 8.

SE C V N D O, Benedixit Deus obedientibus præceptis eius, ideo dixit Abrahæ egredere de terra tua &c. sequitur, Benedicam tibi & multiplicabo te. Gen. 19. Item Christus Saluator noster, ascensurus in cælum deduxit in Bethaniam Discipulos & in montem oliueti, quibus obedientibus eleuatis manibus benedixit. Luc. 24. Benedixit Dominus tertio tribulatis & tribulationes patienter portantibus sicut dixit Abrahâ de Ismael, & matre eius tribulatæ, ecce benedicam ei & augebo & multiplicabo eum valdè. Gen. 16. Item Iob patièti benedixit Deus & restituit ei duplicia magis quàm prius. Iob. 42.

QU A R T O, Benedixit Deus bonis & iustè operantibus, augèdo eis bona tēporalia & spiritualia, sicut benedixit Deus Isaac & ibat p̄ficiēs. Gen. 16. Itē Iacob luctās eū angelō dixit, nō dimittā te, nisi benedixeris mihi, & benedixit eū in eodē loco. Gen. 32. Itē operib. manuum Iob benedixit deus & possessioni eius, & creuit in terra, Iob. 1. Desiderāda est prima benedictio, quā daturus est dominus iustis, & bene operantib⁹ in die Iudicij, dicens, Venite benedicti patris mei percipite regnum. Mat. 25.

QU I N T O, Benedixit Deus sanctos homines recipiētibus, vel sanctas reliquias in hospitiō, sicut benedixit Iacob ad Laban, modicum habuisti antequam venirem ad te, nunc diues factus es & benedixit te Deus per aduentum meum. Gen. 31.

CAP. 22.

Benedicere debet homo
multipliciter.

- 1 *Pro superatione decertationum.*
- 2 *Pro acquisitione illustrationum.*
- 3 *Pro adeptione perfectionum.*
- 4 *Pro promotione prælationum.*
- 5 *Pro effusione orationum.*
- 6 *Pro euasione tribulationum.*
- 7 *Pro redemptione beneficiorum.*

PRIMO, Benedicere debet homo Deo: pro obtentis victoriis corporalium ac spiritualium bellorum & inimicorum & ideo Melchisedee occurrens Abrahamæ post victoriam quam habuerat de quatuor regibus, Deum pro obtenta victoria benedixit. Gen. 14. Item obtenta victoria de Zifara, Delbora & Barath cecinerunt dicentes, qui sponte obtulistis animas vestras de Israel ad periculum benedicite Deum. Iudith. 5. Item post victoriam quam habuit Dauid de Goliath dicitur fecisse Psalmum dicens benedictus Deus Deus Israel qui docet manus meas ad preliũ, & digitos meos ad bellum. Itẽ obtenta victoria & ædificatione altaris subigata à Machabæo, Populus benedixit Dominũ. 1. Mach. 4. Item Heliodoro volẽri spoliare populum terribiliter flagellato, Benedixerunt omnes Deum. 2. Mach. 4.

SECONDÒ, Benedicere debet homo pro acquirenda vel acquisita sapientia, nam cum aperuisset Esdras librum vè instrueret populũ De; benedixerunt Deum ipse & populus. Item Tobias instruens filiũ docens sapientiã dixit ei omni tẽpore benedic Deũ &c. Tobie. Item Daniel qui acceperat sapientiam & revelationẽ à Deo; ait: Benedictus Deus qui dedit mihi sapientiam. Dan. 2.

TERTIO, Benedicere debet homo Deo pro complemento & perfectione cuiuslibet boni, Sicut Salomon de ædificato templo, Benedixit Deum qui dedit ei gra-

tiam

tiam complendi opus suum, & benedictus Deus Israel, Benedictus Deus qui locutus est ad Dauid patrem meum & cōpleuit. 3. Reg. 8. Item completo muro Ierusalē sub Esdra ipse & Neemias dixerunt. Leuitis, Surgite & Benedicite Domino Deo vestro ab eterno & vsque in eternū, Nehemiæ. 9. Item completa promissione Simeō à spiritu sancto finita accepit Iesum & benedixit eum dicens, Nunc dimittis Domine seruum tuum. & c. Luc. 2.

Q V A R T O, Benedicere debet homo Deo in eleuatione boni & iusti prælati siue principum. Ideo finito principe Asach iuerunt ad confitendum Domino, & sequitur benedictus Dominus & c. 1. Paralip. 16. Item videns Esdras animum Artaxerxis regis esse bonum dixit benedictus Deus & c. Esdræ. 7.

Q U I N T O, Benedicere debet homo Domino Deo, hoc est in oratione & maximè in ecclesia, Ideo Sarra filia Raguel orando, dixit. Benedictum nomen tuū Deus qui cum icatus fueris misericordiæ recordaberis. Item post assensionem dominæ erant in templo discipuli orātes & benedicentes Deum. Acto. 2. & Luc. 9.

S E X T O, Benedicere debet homo Deo, pro euasione tribulationū, Ideo Raguel & vxor eius videntes quod dæmon non læserat Tobiam dixerunt, benedicimus Deum cæli, quia non contigit nobis, quod sperabamus & putabamus. Tob. 8. Item Ananias & socij eius in flamma fornacis, benedixerunt Deo Israel. Item Nabugodonosor pro eorum liberatione Deum plurimū benedixit Danie. 3. Item Petrus Apostolus tribulationes patiens dixit. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi pater misericordiarum & c. 1. Petri. 1.

S E P T I M O, Benedicere debet homo Deo pro receptione beneficiorum gratias referendo, Ideo Raphael sollicitè monuit Tobiam & filium eius vt pro receptis beneficiis benedicerent Deum cæli, & omnia eius mirabilia narrarēt. Tob. 12. Recuperato visu & auditis sermonibus Raphaelis Tobias benedixit Dominum Deum. Tob. 13. Item Machabeus & qui cum eo erant vidētes auxilium à Domino, Deū benedixerunt. 2. Mach. 11. Item Zacharias recepta prole & soluto vinculo linguæ eius prophetauit dicens, benedictus Deus Israel & c. Luc. 1.

Benedicere debet homo.

- 1 *Bellatorum victoribus.* 4 *Prelatorū minoribus.*
 2 *Genitorum pignoribus.* 5 *Egenorū fautoribus.*
 3 *Hospitorū cultoribus.* 6 *Bonorum actoribus.*

PRIMO, Benedicere debet homo, probis hominibus & pro iustitia præliantibus, & vindicantibus, Ideo Melchisedech Abraham reuertēti cum victoria qui fuerat pro iustitia præliatus, benedixit, Gen. 14. Item in cantico pro victoria habēda, & habita de Syſara, dicitur benedicta, Iudicum 5. Item Ozias princeps populi dixit ad Iudith quæ interfecit Holofernem, benedicta es tu à domino excelſo præ mulieribus. Iudith 13.

SECOND O, Benedicere debet homo filiis suis & eis impetrare bona. Sicut benedixit Isaac Iacob, dicens, det dominus tibi de rore cœli & pinguedine terræ abundantiam, Gen. 27. Item flenti Esau dixit pater eius, in pinguedine terræ & rore cœli de super sit benedictio tua. Gen. 27. Item Iacob benedixit filio suo Ioseph & duobus filiis eius. Gen. 49. dicens benedicat Deus pueris iis, & post modicū benedixit omnib. filiis suis. Gen. 49.

TERTIO, Hospitorū cultoribus. Item Raguel osculatus Tobiam hospitem suum fleuit præ gaudio, & ait benedictus tu fili mi quia boni & optimi filius es. Tob. 6. Item veniente Maria in domum Helizabeth salutauit eam & dixit benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventristui. Luc. 1.

QUARTO, Benedicere debet homo, & prælatus subditos suos, ideo dixit Dominus Moyſi sic benedices filiis Israel, benedicat tibi dominus Deus tuus & custodiat te, Num. 7. Item extendens Aaron manum ad populum benedixit eis, Leuit. 9. Item non solum boni prælati imo etiam mali debent benedicere subditis. Ideo dixit Balaam ad benedicendum adductus sum: benedictionē prohibere non potero. Num. 23. Item cōuertit Salomon faciem suā & benedixit omnē ecclesiā Israel, & ecclesia stabat, 3. Reg. 8. Item cum Dauid obtulisset holocau-

sta

sta benedixit populo in nomine domini. 1. Paralip. 16.

Q V I N T O, Benedicere debent pauperes benè fautoribus suis, Ideo dixit Moyses populo: nō permanebit apud me pignus pauperis, & dormiens in vestimento, benedicat tibi Deus. Item Noemi dicens quod Boos benefecisset Ruth filix suæ & pauperi & viduæ ei dicēs benedicta sis à Domino, quia gratiā quā prius habueras viuis seruasti & mortuis, Ruth. 3.

S E X T O, benedicere debet homo, iustè operantes & sancta operā facientes. Ideo Iosue dixit Rubenitis & Gaditis, fecistis omnia quæ præcepit Moyses, & Iosue benedixit eis. Iosue 22. Itē quia Ruth casta vixerat & benè fuerat operata, Boos benedixit ei. Ruth 3. Item Heli sacerdos benedixit Helcana & vxori eius orantibus & offerentibus in tēplo. 1. Reg. 1. Item nunciatū est Dauidi quod viri Galaad sepelissent Saul, & dixit ad eos, benedicti vos quia fecistis misericordiam hanc, 2. Reg. 2.

C A P. 24.

Benignus est dominus.

- 1 *Exorantibus pro aliorum delictis.*
- 2 *Tollerantibus tribulationem.*
- 3 *Operantibus fide & iustitia.*
- 4 *Decertantibus & à nullis deuictis.*
- 5 *Iam præcantibus & ànoxis relictis.*
- 6 *Ægrotantibus morbi pœnis afflictis.*

P R I M O, Benignus est dominus orantib. pro alienis. vnde Abraham petēti à Domino vt parceret Sodomitis, eo quod cum multa fiducia sibi loquebatur semper benignè respondit. Et quamuis Abraham visus fuerit importunus, Dominus tamen ei quod petebat cōcessit benignè. Gen. 18. Itē dixit Dominus Moyfi video quod populus iste duræ cervicis sit, dimitte me vt irascatur furor meus, & deleam eos, quāsi benignè dicēret, tu tenes me orando pro eis. Exod. 32. Similia dixit Ieremiæ oranti pro populo quem volebat delere propter peccata Ieremiæ 7.

SECVNDO, Benignus est dominus, tribulationem sustinentibus, ideo fugiēti Iacob iram fratris sui Dominus benignè apparuit, & reuertentem benignè à persecutione liberavit. Gen. 28. & 31. Item loquebatur Dominus benignè vt amico, & ipsum à detractoribus pluries liberavit, nu. 12. & 24. Item Eliæ Angustiato corui panem & carnes Dei benignitate ferebant. 3. Reg. 19. Item cum Azar & sociis ei us, vidit Nabugodonosor, similem filio hominis, ad probādum quod Deus semper est cum tribulatis, qui sustinent patienter. Dan. 3. Item Petrum fluctuantem in mari Deus benignè de fluctibus liberavit. Marci. 14. Item discipulis de Christi passione tribulatis, Christus spiritum paraclētū promisit & dedit. Ioan. 13. & Act. 2. Item Stephano posito in tribulatione martirij, Dominus benignè cœlum apertū & seipsum ostendit. Act. 7. Itē Ioannem epulatū in pathmos Deus in multis reuelationib. est eū consolatus, Apocalip. per totum.

TER TIO, Benignus est Dominus bonis & rectè viuentibus, Ideo Iacob qui in fidelitate vixerat & fiducialiter dixit non dimittā te nisi benedixeris mihi, benignèque ei benedixit Dominus. Gen. 32. Item Ezechias Rex dixit, Dominus propitiabitur cūctis qui in toto corde querunt Deum. 2. Paralip. 3. Itē misit Deus benignè angelum suum Raphaelē qui Tobiam duxit & reduxit incolumen. 5. Item exaudiuit Dominus vocem Susannæ innocentis & benignè eam ab iniustis iudicibus liberavit. Dan. 13. Item Magdalenam, pio operi intendentē, Christus, discipulis murmurantibus benignè excusauit. Mar. 14. & Mat. 24. Item discipulos iustos Christus defendit benignè tempore passionis, dicens, si me queritis sinite hos abire. Ioan. 18.

QVARTO, Benignus est Dominus praeliantibus pro iustitia, eos confortando & iuuando, Ideo obediuit Dominus benignè voci Iosue dicentis sol contra Gabaon non moueatur, Iosue. 10. Item Gedeoni dedit Dominus benignè bis signum, quod de hostibus victoriam obtineret. Iudicum. 7. Item Machabæus & qui cum ipso erant, bis auxilium à Domino receperunt. 2. Macha. 11.

QVINTO, Benignus est Dominus iam precantibus & specialiter volētibus pœnitere, Ideo benignè pepercit

percit Dauid confitenti peccatum suum cum à Nathan fuerat reprehensus. 2. Reg. 13. Item licet postea Dauid multipliciter peccasset, tamen Deus ei multoties pepercit. 2. Reg. 12. Item preparans Dominus piscem qui reciperet Ionam quamuis iuste ex inobedientia, puniretur. Ionæ. 2. Item statim post vocationem Matthæi, Christus cum peccatoribus benignè manducauit. Mat. 9. Item Magdalenæ pepercit, & à Phariseo eam benignè defendit. Luc. 7. Exemplum de Filio prodigo maximâ Christi benignitatem ad peccatores ostendit. Luc. 15. Item cananeus publicanus cupiebat videre Christum qui benignè fuit à Deo visitatus. Luc. 19. Itē latroni petenti à Christo sui memoriâ benignè promisit. Luc. 22. Magna ergo pietas Christi, Petrum negantem non abiecit, sed potius benignè respexit. Luc. 22. Itē Thomam non credentē, non repulit, sed benignè se tangi & palpari permisit. Ioan. 22. Item Paulum persecutorem benignè prostravit cæcavit pariter & convertit. Act. 9.

S E X T O, Benignus est Dominus, debilibus & infirmis, eos sanitati reddendo: nam circuibat Christus Villas & Castra sanans omnem languorem & infirmitatem quod nisi fecisset multi infirmi non potuissent ad eum accedere. Mat. 4. Itē Leprosus dicentem, Domine si vis pores me mūdare, extendens manū benignè tetigit & mundauit. Mat. 7. Itē à muliere fluxu sanguinis infirma, & secundum legem immunda Christus se tangi permisit & eam benignè sanauit. Mat. 9. De benignitate Dei circa infirmos quos curauit, hoc ostenditur multis locis.

C A P. 25.

Blasphemi in Deum.

- 1 *Acerbitatem punitiōnis incurrunt.*
- 2 *Iniquitatem præsumptiōnis committunt.*
- 3 *Benignitatē & correctiōnis omittunt.*
- 4 *Sublimitatem prælatiōnis promittunt.*
- 5 *Malignitatē detrahtiōnis permittunt.*

P R I M O, Blasphemi in Deum grauius peccant & puniuntur etiam in præfenti, & tamen multi propter hoc non

non dimittunt, nam filius mulieris Israelitę, qui blasphemauerat Deum, iussus est à Domino lapidari, Leuit. 24. Dixit ad me vir Dei, montium Deus est & nõ Deus vallium dabo omnem multitudinem hanc in manu tua.

S E C U N D O, Blasphemi committunt peccatum grauißimum & arguunt Deum, in sua iniquitate & pugnant. Ideo Heli dixit filiis suis, si peccauerit vir in virum parere potest ei Deus, si autem in Deum, quis orabit pro eo? 1. Reg. 2. Item multũ aggrauauit Natham peccatum David, quia fecerat inimicos blasphemare, scilicet nomen Dei. 2. Reg. 11. Maius peccatũ non sciuit excogitare impia Iesabel quam blasphemiam vt Naboth faceret lapidare. 3. Reg. 21.

T E R T I O, Blasphemia quanto magis à blasphemis dicitur, tanto ipsi peiores efficiuntur & amplius blasphemant, propter quam causam prohibuit Ezechias ne populus responderet blasphemis. 4. Reg. 18. Isaię, 26. Item cum argueret Neemias populum, quia sacrificabat Diis alienis, responderunt sermonẽ Dei non audiemus nec sacrificabimus regi cœli. Iere. 44.

Q U A R T O, Blasphemia ex magna superbia, & elatione trahit originem, Ideo superbi blasphemantes altiores Deo se reputant & ideo Nabugodonosor dixit trib. pueris, quis est Deus qui vos eripiat de manu mea hoc autem dicebat, quia statuã eius auream adorare nolabant. Dan. 3. Itẽ Holofernes indignatus est cõtra Achior Dei potentiam commendantẽ, dixit, quia propheta sti quod Israeli defenderetur à Deo ostendam tibi quod non est Deus in terra nisi Nabugodonosor. Iudith. 6. Itẽ dicentibus Iudæis, Nicanori, est Deus potens in cœlo qui iubet custodiri Sabbathum, respondit, Et ego potens qui iubeo sumere arma. 2. Machab. 15.

Q U I N T O, Blasphemant Deum increduli & infideles, detrahentes Dei operibus vnde cùm Iesus eiecisset demonium, Pharisei blasphemabant dicentes, in Beelzebub principe demoniorũ, eicit demonia. Mat. & Luc. 11. Item pendente Christo in cruce, blasphemabant eum mouentes capita sua, & dicentes vah qui destruis templum Dei &c. Mat. 27. & post triduũ illud reedificas. &c.

CAP. 15.

Castitas virtus.

- 1 *Sociorum malignitate amittitur.*
- 2 *Flagellorum acerbitate reprimitur.*
- 3 *Præcunctorum utilitate diligitur.*
- 4 *Clericorum maturitate dirigitur.*
- 5 *Relictorum sobrietate acquiritur.*
- 6 *Sine morum equalitate deperditur.*

PRIMO, Castitas conseruatur societate bonorum & perdit in societate malorū, in cuius figura Patres nostri dū in Paradyso fuerunt habuerunt castitatē, sed postquam eiecti fuerunt in terra, cognouit Adam vxorem suam. Gen. 4. Item dum Dina fuit cum filiabus patris, fuit casta, sed exiens mulieres videre, est facta corrupta. Gen. 34.

SECOND O, Castitatem frangentes contra præceptum Dei grauius puniuntur, nam cum Sichem violasset Dinam, filiam Iacob, fratres eius, Sichem & patrem & populum eius interfecerunt. Gen. 34. Item post debellationem Madian, iratus fecit Moyſes corruptas iugulare, & virgines reſeruari. nu. 21. Item Amon post deflorationem Thamar, ab Abſalon in conuiuio est occiſus. 2. Reg. 23. Item propter violationem vxoris Leuitæ plusquam sexaginta millia hominum sunt occiſi. Iudic. 20.

TERTIO, Castitas rara est res & multum diligenda, & debet se homo prius morti exponere, vt eam custodiat, ideo Ioseph licet eſſet iuuenis & sollicitaretur à domina, maluit incarcerari & diffamari quàm perdere castitatem. Gen. 29. Item Iudas qui castitatem non habebat in aliis castitatem diligebat, ideo detestatus est fornicationem Thamar. Gen. 38. Item sic diligebat castitatem Sara, vt diceret, tu ſcis Domine quia nunquā concupiui virū. Tob. 3. Itē grauius fuit Susanna molestata à senibus, sed nec famā nec vitā preposuit castitati. Dan. 13. Itē Maria non obliuit votū castitatis tenere licet angelus diceret ei, quod de ea filius Dei nasce-^rur, modum quesuit. Luc. 1.

QUARTO, Castitatē maximè seruare debēt Sacerdotes & ministri, in cuius figura, q̄ mūdi debeāt eſſe à mulierib. prohibitū erat per sacerdotē q̄ pueri, si cū mulieribus

bus iacuisſent, panes ſacerdotales non manducarent. 1. Reg. 21. Item quando mulier Sunamitidis volebat Eliſeo qui, mittebat Eliſeus puerum, tanquam vitans conſortium mulierum. 4. Reg. 4. Propterea dixit Chriſtus, quod in alio ſeculo, non nubent neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei, in quo oſtenditur quod vita Miniſtrorum Dei, debet eſſe caſta, vt ſequantur vitam cœleſtum miniſtrorum, Mat. 22. Argumentũ eſt caſtitaſ, prælatiſ & Clericis videntibus Stephanum eſſe præpoſitum mulieribus. Act. 6.

QVINTO, Caſtè debent viuere, relictæ & viduæ inter alias mulières, quia caſtitaſ eſt iis difficilior propter voluptates expertas in eis, & ad eam ſeruandã, debent incedere ieiuniis & orationib. ideo Iudith poſt mortem viri, nõ cognouit aliũ, ſed cum puellis clauſa manebat, habens ciliciũ ſuper lumbos, & ieiunans cunctis diebus, Iudith, 8. Itẽ Anna vidua fuit caſtaque ſteterat cum viro 7. annis tantũ & vidua ſtetit vſq; ad annos 84. quæ nõ decedebat de tẽplo ieiuniis & orationib. vacãs. Lu. 2.

SEXTO, Caſtitaſ ſola nõ ſufficit ad ſalutẽ, ſine aliis virtutibus & moribus bonis, quod oſtenditur in parabola de decẽ virginib. vt tot fuerit excluſæ quot introductę excluſę autẽ ſunt, quia licet caſtę virgines fuerũt oleũ bonorũ operũ non habebant. Mat. 25. ſic patet de caſtitaſ.

CAP. 27.

Caſu peccati cadunt aliquando.

- 1 *Præſignati bonis vulgaribus.*
- 2 *Prædotati donis ſingularibus.*

PRIMO, Caſu peccati cadunt viri boni reputati Sancti, deo qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Nam ceciãerũt primi parentes, licet eſſent in innocentia ſtantes, & in loco multum conuenienti Deo ſatis propinqui. Gen. 3. Itẽ Loth qui bonus fuerat, ſcilicet, inter malos, egreſſus à Sodomis cum duabus filiabus cecidit in peccatum. Gen. 19. Item David qui fuit ſanctus electus à Deo, de graui peccato in grauius cecidit, dum poſt adulte-

adulterium in proditionem & homicidium in seruum Dei fidelem, nequiter perperrauit. 2. Reg. 11. Item Indas cecidit & Petrus qui erant socij & discipuli quorum vnus eorum tradidit Iesum, & alius eum negauit. Mat. 26.

SECVNDO, Aliquando in peccatum cadunt homines dotati multis donis, quibus securi esse debent, nam angeli etiam ceciderunt qui fuerunt creati in caelo & dotati donis pluribus nullam habentes naturam intellectiuam. Isaia. 24. Item Salomon dotatus sapientia cecidit, qui cum amaret alienigenas mulieres Idola adorauit. 3. Reg. 11. Item fortissimus Sampson qui cum mandibula asini mille viros occideret, & portas ciuitatis super montem apportauerat, deceptione mulierculæ cecidit, & mortuus est. Iudicum. 15.

CAP. 28.

Confessionem peccatorum.

- 1 *Efficit directa accusatio.*
- 2 *Inficit concepta desperatio.*
- 3 *Minuit erepta reiteratio.*
- 4 *Consulit recepta tribulatio.*
- 5 *Perficit accepta reputatio.*

PRIMO, Confessio peccatorum, debet esse accusatoria peccati, ad quod mouebat Dominus Adam, vt recognosceret & acufaret peccatum suum, & ipse retro cessit, quodammodo allegando mulierem, & mulier serpentem. Gen. 3. Item reprehensus David, confessus est peccatum suum, dicens, Peccaui. 2. Reg. 12. Itē multipliciter recognouit & confessus est peccatum suum, scilicet, murmurationis populi, & obtulit se pœnæ partandæ. 2. Reg. 24. Item veniebant ad Iohannem confitentes peccata sua, Mat. 3. Item in huius figuram dicit Iesus Christus Leprosus ite ostendite vos Sacerdotibus. Luc. 17. etem prædicante Paulo multi veniebant confitentes peccata sua, Act. 19.

SECVNDO, Confessio peccatorum debet esse cum spe veniæ, ideo confessio Cain, Deo non placuit, ita quod

sibi proficua non fuerit, quantumcunque peccatum recognouerit, quia cum desperatione fuit cum dixit: maior est iniquitas mea, quam ut veniam merear. Gen. 4. Item Judas confessus est peccatum suum, dicens, peccaui, tradens sanguinẽ iustũ, licet tamẽ sibi non profuerit. Mat. 26.

TERTIO, Confessio peccatorum debet esse cum proposito non reuertendi ulterius ad peccatum ideo Pharaoni dicenti peccaui non profuit ei confessio, quia desistere non intendebat à peccato, nec relinquere duritiã cordis sui. Exod. 10. Item simile accidit Sauli cum reprehenderet eum Samuel de inobedientia. 1. Regum. 12. Sed quia David dixit, illud verbum, peccaui, cum intentione non ulterius peccandi, dixit Nathan, transtulit Dominus à te peccatum tuum. 2. Regum. 12.

QUARTO, Confessionem inducit aliquando tribulatio & afflictio, cum homo tribulatur, cogitat quod pro peccatis suis patitur & Domino confitetur, ideo dicitur per prophetam, multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, scilicet, ad confessionem: nam afflicti filij Israel per serpentes, dixerunt Moyse peccauiumus, quia locuti sumus contra te. Num. 21. Item oppressi filij Israel, à Philisteis & à filiis Amon tunc confessi sunt, dicens, peccauiumus, Iudicam. 5.

QUINTO, Confiteri debent homines, quanquam Sancti, & se peccatores affirmare & reputare, figuratur Neemiæ dicentis, Ego & domus patris mei peccauiumus iniquitatem fecimus, Neemiæ. 1. Item tres pœri, qui tam sanctè inter Caldeos vixerant, & pro quibus Deus tanta miracula fecerat, humiliter confitebantur, dicens, peccauiumus iniquitatem fecimus. Daniel. 3. Item orans Daniel qui erat vir perfectus dicebat confitendo, peccauiumus. &c. Daniel. 9. Item sex ilorum fratrum qui accipiebant pro lege, dixit iustè hæc patimur quia peccauiumus tibi. 2. Macha. 7.

C A P. 29.

Confidenter debent homines.

1. *Delinquentes arguere corrigendo.*

2. *Audientes*

2. *Audientes reprimere & comminando.*
3. *Insurgentes affligere & atagendo.*
4. *Vera gerentes instruere nec fingendo.*
5. *Exequentes se tradere, se subiectando.*

PRIMO, Confidens securus & audax debet esse homo ad arguenda vitia & peccata, ideo Moyses confidenter multotiens arguit Pharaonem, Exodi. 5. Item audacter & confidenter Nathan discretè reprehendit de peccato David. 2. Regum. 12. Item Elias confidenter reprehendit Achab, dicens: non ego perturbo Israel sed tu. 3. Regum. 18. Item Stephanus confidenter & audacter, reprehendit Iudeos de peccatis eorum, dicens, O dure cernicis & incircuncisis cordibus semper spiritu sancto resististis. Actuum. 7. Item Paulus prædicante proconsule. Elymas magū acriter increpauit, lumineq; priuauit. Act. 13.

SECONDÒ, Confidenter debet homo comminando reprimere, & annunciare futura mala euentura, vt illa suggestione ad Deum conuertantur, ideo Elias confidenter retulit Ochoziæ Regi, Hæc dicit Dominus Deus tuus de lectulo super quem ascendisti non descendes, sed morte morieris. 4. Regum. 1. Item Eliseus homo magnæ confidentiæ, dixit ad Regem, quid mihi &c. 4. Reg. 14.

TERTIO, Debent homines confidenter & audacter pugnare pro iustitia, & in præliis pusillanimes confortare & animare, sicut Ezechias ad prælium populum confortabat. 2. Paralip. 32. Item magnæ constantiæ fuit Neemias qui ab inimicis non deterreretur. Neemiæ. 4. & 6. Item Iudith fuit valde magnanima quando iuit ad Holofernem decapitandum. Iudith. 10. Item Judas dixit sociis timenribus multitudinem hostium absit quod fugiamus. 1. Machab. 7. Item pugnante Ionatha fugerunt socij, sed videntes eum fortiter præliari reuersi sunt & victoriam habuerunt, 1. Machabeorum. 11.

QUARTO, Debet homo loqui & prædicare publicè veritatē nec timere nec alia cā declinare ab ea sicut nec Mardocheus declinauit à veritate de diuino cultu, scilicet Amā arguēdo, & cōfidēter loquebat, verbi veritatē regni Hest. 4. Itē cæcus illuminat' à Dño audacter cōfitebatur

Phariseis miraculum, Ioan. 9. Item Petrus qui prius ad vocem ancillæ negauit Christum, recepto spiritus sancto sic confortatus est vt audacter confiteretur eum coram toto collegio. Item magni animi fuit Paulus & audaciæ prædicando coram magnaribus, & civibus multis iudicantibus veritatem. Act. 16. 19. & 21.

QVINTO, Confidenter debet homo petere quod iustum est, sicut confidenter petiit Bersabee à Dauid, quod Salomon regnaret post eum. 3. Reg. 1. Item audacter licet indiscretè petiit mater filiorum Zebedei pro filiis suis, eos sedere cum Christo, Mat. 20. Item magnam confidentiam habuit mulier Chanaea, cum Domino, pro filia suæ liberatione postulando sanitatem obrinuit ab eo, Mat. 15. Item cum magna confidentia petiit Ioânes proditorem sibi reuelari. Ioan. 13.

SEXTO, confidenter & audacter debet homo parere se ad obedientiam prælatorum, & vsque ad mortem, Sic Thomas volens obedire Christo dicenti, eamus in Iudæam: iterum, aliis discipulis timentibus, dixit, eamus & nos & moriamur cum illo. Ioan. 11. Item Petrus dixit Magistratibus, obedire Deo oportet magis quam hominibus. Act. 5.

Compati debet homo.

- 1 Carceratis ipsos liberando.
- 2 Tribulatis ipsos confortando.
- 3 Fatigatis ipsos refouendo.
- 4 Morti datis ipsos deplorando.
- 5 Obstinatis ipsos supportando.
- 6 Viduatis ipsos consolando.
- 7 Secum natis ipsos adiuuando.
- 8 Rebus priuatis ipsos adiuuando.
- 9 Infirmis ipsos visitando.
- 10 Vagis & peregrinis ipsos hospitando.

PRIM^o, Debet homo compati captiuis & eos pro posse liberare, sic Abraham audiens captū esse Loth ei compatiens velociter iuit ad adiuuandum eum. Gen. 14. Item filij Israel ducenta millia mulierum & puerorum captiuorum habentes, remiserunt eos. Item Tobias multum compatiebatur captiuis & redimens eos, Tobia. 2. & 3. Item Darius Rex audiens Danielem in Lacu leonum esse, præ dolore non dormiuit.

SECUN^{do}, Debet homo compati omnibus tribulatis & eos consolari, sicut Ioseph tribulato Ruben nitetur liberare eum. Gen. 37. Item cum Iesabel persequeretur Prophetas Dei Abdyas compatiens eis, abscondit de eis centum 3. Reg. 16. Item Hester audita tribulatione populi sui, compatiens eis se morti pro eis exposuit, vt liberaret eos. Hester. 7. Item discipuli compatiens Cananeæ tribulatæ pro filia, pro eius exauditione Dominum roga uerunt. Mat. 15. Item vt vidit Iesus Mariam flentem propter mortem Lazari, & tribulatam, compatiens ei fleuit & Lazarum à mortuis resuscitauit. Ioan. 11. Item pendens in cruce compassionem de matre gerens quam videbat in anima cruciari, recommendauit eam Ioanni. Ioannis. 19.

TERTIO, Compati debet homo fatigatis, & eos refocillare, si potest, ideo Dauid compatiens lociis fatigatis, panem non volentiubs ire ad bellum & remanentibus ad sarcinas constituit, quod æqua esset pars eorum sicut bellatorum. 1. Reg. 30.

QUARTO, Compati debet homo morti datis & specialiter mortuis in malo statu animæ suæ, vel mortuis contra iustitiam, ideo filij Israel compatiētes filiis Beniamin in eorum excidio amare fleuerunt, licet ab eis grauitè & enormiter fuissent offensi, Iudicum. 21. Item doluit Dauid de occisione Absalon ei compatiens, & sciens ipsum esse damnandum. 2. Reg. 18.

QUINTO, Compati debet homo, peccatoribus obstinatis, & se inuitantibus eis benignè parcēdo & supporando, sicut Samuel iugebat Saul regem, ei compatiens quem sciebat à Domino reprobatum. 1. Regum. 15. Contra nolentes delinquentibus compati, & pro se mutanti-

bus parcerē proposuit Christus parabolam de seruo nequam, cui dominus multa dimiserat, & ipse noluit conseruo dimittere, quod sibi debebat, & ideo Dominus q̄ ei dimiserat repetiit. *Matt. 18.*

SEXTO, Compati debet homo relictis & viduis, eis duleiter consulendo, ideo Elias benignè accepit verba viduæ satis dura & ei compatiens filium suum suscitauit. *3. Reg. 17.* Piè compassus est Eliseus viduæ debitis obligatō oleum augmentando. *4. Reg. 4.* Item dolorē habuit Onias sacerdos quando vidit ab Eliodoro spoliari templum, in quo erat deposita & reposita iudeorum. *2. Machab. 2.* Item videns Iesus fletem viduam compatiens consolatus est eam & eius mortuū filium suscitauit. *Luc. 7.* Itē Petrus vidēs flere viduas, pro morte Thabitæ, quæ alebat eas compatiens suscitauit Thabitam, vt eis iterum alimenta præberet. *Actuum 9.*

SEPTIMO, Compati debet homo singulariter notis obstinatis & parcerē in eo quando videlicet, videt eum in periculō, vel in malo statu. Ideo Ieremias audiens miserabilem statum Ierusalem fleuit diebus multis & tandē consilium & auxilium arripuit optimū. *Ieremia. 7.* Magnā etiam cōpassionē ostendit ipsemēt habuisse ciuitatis suæ. *i. Ierusalē ipse ieiunās plorās & eiulans, sicut patet, Tre horū per totū.* Itē saluator noster, videns ciuitatem Ierusalē destruendam, fleuit super eam, compatiens ei. *Luc. 9.*

OCCTAVO, Compati debet homo pauperibus, rebus priuatis & eis in necessitatibus subuenire. Ideo dicebat Iob auaris audiētibus, beatificat me, eo quod liberafsem pauperem, *Iob. 29.* Multum valet ad compatiendum pauperibus districtā ratio, sciūciet iudicij, vbi solum de operib. misericordiæ pauperib. & egenis exhibitis, fiet discussio. *Mat. 25.* Item insertus est dominus turbæ quæ eum triduo expectauerat, & ita pauperes erant, quod non habuerunt, quod manducarent & eis compatiens dominus de quinque panibus satiauit eos, *Mat. 14. Luc. 9.*

NONO, Compati debet homo infirmis, & eos quantū pōt inuare visitareq; misericorditer sic cōpassus est Samaritanus vulnerato aligans eius vulnera & eum imponēs iumento. *Luc. 10.* Item multū est cōpassus saluator noster

muto & surdo, quando ingemuit & sanauit eum. Mat. 7. Et quotiens Christus infirmos sanauit, hoc ex compassione, quere de miraculis.

DE C I M O, Compati debet homo, peregrinis & vagis, religiosis, predicatoribus, & ipsos misericorditer hospitare, & reficere, quantum potest, sicut compassus est angelis Abraham, quos credebat esse homines, & in hospitium introduxit. Gen. 19. Item Loth eodem modo Gen. Item duo discipuli, euntes in Emaus compatientes peregrino, intrare cogerunt. Luc. 24. Quomodo recipiendi sunt peregrini quere, c. de peregrinis.

CAP. 31.

Consiliis acquiescendum est,

- 1 *Angelorum visibiliter audientium.*
- 2 *Amicorum humiliter admonentium.*
- 3 *Peritorum salubriter instruentium.*
- 4 *Sociorum fideliter consulentium.*
- 5 *Aduersorum utiliter edocentium.*

P R I M O, Acquiescendum est consiliis angelorum & Sanctorum, ideo legitur quod cum angeli dedissent bonum consilium Loth & vxori eius, & quia vxor non acquieuit, ideo versa est in statuam salis. Genesis. 19. Loth etiam quia non statim ascendit in montem sicut angeli consuluerant ei, duplicem incestum commisit, cum duabus filiabus suis concubendo. Gen. 19.

S E C V N D O, Consiliis bonis consanguineorum & carne coniunctorum acquiescendum est, nam non acquiescentes eis, alij pereunt, vel male accidit eis, sicut generis Loth, quia non crediderat Loth socio suo, ideo cum illis de Sodoma perierunt. Genesis. 19. Item Ruben consuluit fratribus suis, quod redderetur Ioseph patri suo, cui acquiescere noluerunt, & ideo male accidit eis. Gen. 37. Quia vero fratres Ruben, non crediderunt eius consilio, ideo venit super eos tribulatio. Genesis. 42. Item bonum consilium tribuit Pilato vxor sua, sed non credidit & Christum occidit, Matthæi. vigesimo sexto. Item filij Israel bene consuluerunt filiis Beniamin super com-

misso scelere quod perpetrant. Iudicum. 21.

TERTIO, Acquiescendum est consiliis sapientum, Ideo dicebat Tobias filio suo consilium à sapiente, perquire. Tob. 4. Item qui non credunt consiliis sapientum, pereunt, sicut filij Israel, quia non crediderunt Moyfi Sapienti, & experto, dicenti non ascendatis &c. ideo occisi fuerunt, Nu. 14. Item Ieroboam quia non tenuit consiliū sapientum & senum, sed iuuenum consilium & imprudentium de populo suo perdidit 10. tribus. 3. Reg. 12. Item Daniel sapientia Dei plenus bonum consilium dabat Nabugodonosori quod elemosinis redimeret peccata, & quia non credidit in bestiam mutatus. Danielis. 4. Item Iosephus & Azaria non crediderunt consilio sapientis Iudei ideo perierunt. 1. Macha. 5.

QUARTO, Consiliis sociorum est acquiescendum, quando fideliter, prudenter, & sanctè consulunt, ideo bonum & sanctum consilium dabat Achior Holoferni cum quo erat in exercitu, sed quia ipse non credidit, ideo à muliere est occisus. Iudit. 13. Item Godolias quia non credidit consilio Iorā ut sibi caueret mortem incurrit. Iere. 41. Item Iudas cum paucis pugnaturus contra multos, quia non credidit sociis ideo percussus fuit. 1. Macha. 9.

QUINTO, Consilium non solum amicorum sed etiam inimicorum tenendum est, cum tamen sit bonum de Achitofel.

C A P. 32.

Consilium malum procedit.

- 1 *A feminis decipientibus.*
- 2 *A subditis contradicentibus.*
- 3 *A reprobis malè loquentibus.*
- 4 *A sapidis vana docentibus.*
- 5 *A cupidis lucra querentibus.*

PRIMO, Malum consilium procedit, à mulieribus malis, nā Eva malè consuluit viro suo, quod de fructu qui veniti comederet Gen. 3. Item domina cui seruebat Ioseph

Ioseph malè consulebat & suadebat ei vt perderet castitatem. Gen. 39. Item mulieres suis persuasionibus conuerterunt cor sapientissimi vt Idola adoraret 3. Reg. 11. Item mater Ocholia regis Iuda ingressa domum Achab impulit eum malè agere secum. Item stultū consiliū dabat Iob vxor sua, Nephandū consiliū dedit Herodias filię dicens nil aliud petas nisi solum caput Iohannis Baptiste. Marci. 6.

SECVNDO, Consiliū malum dant aliquando subditi suis principibus & prælatis & eos quandoque ruere faciunt in scandalum, & in malū sicut populus Israel malè consuluit Aaroni vt faceret eis vitulum aureū quib. Aaron stultè credidit & scandalum sibi fuit. Exo. 31. Itē Artaxerxes persuasus à subdiis emulis iudeorum prohibuit opus fieri in templo. Esdræ. 4.

TERTIO, Consiliū malum dant peruersi vt faciant alios cadere in periculum, & in peccatum, sicut Balaam consuluit Balach, vt faceret filios Israel fornicari, & ita incurrerent iram Dei. Nu. 24. Item Benadab iniquum consiliū dedit Amon vt violaret Thamar sororē suam. 2. Rc. 13. Itē amici Aman consuluerunt ei, vt pararet suspendiū pro Mardocheo. Hester. 5. Item in diebus aliqui peruersi de filiis Israel persuaserunt aliis deserere Dominum. 1. Macha. 1. Item Elimas magus peruersè consulebat pro consuli ne crederet verbis Pauli. Act. 13. Item cum esset Paulus & Bernabas in multo honore, quidam maleuoli, persuaserunt populis eos lapidare, Act. 14.

QUARTO, Consiliū malum dant sapientes mundani quorum Deus stultam facit sapientiā, Sic nefandū consiliū dedit Architofel Absaloni vt perseueretur, patrē cuius tantum in illis diebus erat consiliū quasi cōsiliū Dei, ita sapiens erat quod omnes excedebat in consiliis. 2. Reg. 16. Item sapientes consiliū dederunt Pharaoni inspiens. Item rectores populi & sapientes consulerunt Sedechiam quod occideret Item ad malam suggestionem & consiliū fattaparum peruersum decretum statuit Rex Persarum Daniel

QUINTO, Consiliū malum datum est Andronico, quod Guīā sacerdotē occideret vt ipse eius sacerdotiū & reditus possideret 2. Mach. 4. Itē quæstores, pedito quæstu perua-

persuaserunt & fecerunt Paulum virgis cedi. Act. 16.

CAP. 33.

Consolatur Dominus.

- 1 *Humiliter obsequentes.*
- 2 *Vtiliter patientes.*
- 3 *Salubriter pœnitentes.*
- 4 *Fideliter constringentes.*

PRIMO, Consolatur Dominus obsequentes & obediētes eius mandatis, vnde postquam Abraham exiit de terra sua, ad mandatum Domini, Dominus diuersis consolationibus, consolatus est eum scilicet impetrationibus multis Gen. 12. 15. & 17. Item filij Israel, qui de Ægypto, ad Dei præceptum exeuntes ei obediētes fuerunt vt sacrificarent ei in deserto, misit Dominus ad consolationem eorum Manna, ad manducandum. Exodi. 17.

SE C V N D O, Consolatur Dominus tribulatos, post tempestatem tribulationis dans eis tranquillitatem consolationis iuxta illud Psalmi, secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, consolationes tuæ letificabunt animam meam, ideo fugiente Iacob, à facie Esau Dominus multipliciter est consolatus. Genesis. 28. Item Moyſi exulato, in deserto apparuit Dominus consolans eum, quod non accidit ei in domo Pharaonis. Exodi. 3. Item luctum Iudeorum Dominus conuertit in gaudium quando per Hester fuerunt liberati à periculo. Hester. 7. Item notandum est, quòd filij Israel tempore tribulationis suæ captiuitatis Babilonis plures habuerunt prophetias, quam tempore consolationis in qua fuerunt prosperitate, idem etiam in Iudæa de Ezechiele, & Daniele in Caldea, Itē Paulus sciebat multas consolationes in tribulationib⁹ suis, vnde dicebat, sicut abundat passiones Christi in vobis, ita per Christū abundat, consolatio vestra. Itē Ioannes tribulatus & exul in Pathmos plures consolationes & visiones habuit, quam in prosperitate, Apocalip. per totum.

TE R T I O, Dominus consolatur pœnitentes, in multis ten-

tis tentationibus & necessitatibus quæ in pœnitentia accidunt. In cuius figura Moyses qui ieiunauit in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus, Dominus est consolatus. Exod. 34. Item in cuius figurâ, Eliam in torrente ieiunantem, corui vespere & mane pascebant. 3. Reg. 17. Item Saluator noster discipulos existêtes in nauî quæ pœnitentiam signabat in medio Mari, cum haberent ventum validum scilicet, tentationis ingressus ad eos in nauî, est multipliciter consolatus. Item Paulus volens confortare eos qui erant secum in mari, similiter cum vento contrario, ait, apparuit etiam mihi hæc nocte, angelus domini dicens, ecce donauit tibi Deus. &c. Saluator saluabit tibi, omnes qui nauigant tecum. Actuum, 27.

QVARTO, Consolatur Dominus, præliantes pro fide Christi & iustitia, adiuuat, & confortans eos in pugna sicut consolatus est Iosue dicens, noli timere non dimittam te, confortare & esto robustus Iosue. Item Machabæus & qui cum eo erant videntes adiutorium eis à Domino missum letati sunt, consolati sunt, confortati sunt. 2. Machab. 2.

QVINTO, Consolatur Dominus corporaliter & spiritualiter oppressos ab hostibus carceri mancipatos sicut consolatus est Ezechia, per angelum interficiendo ex aduersis centum & octuaginta quinque millia pugnatorum, & etiâ fuit ab hostibus liberatus. 4. Reg. 19. Item filios Israel obsessos ab Holoferne in Bethulia consolatus est in victoria quam per manum foeminae habuerunt. Iudith. 10. Item Petrum inclusum in carcere Herodis, consolatus est Dominus per angelum de carcere liberando. Actuum. 12. Itê Paulum positum in carcere Dominus consolatus est misso terremoto, frangens vincula, apperrens carcerem & liberans eos. Act. Item Paulum solum positum in custodia, per visionem Dominus est consolatus. Act. 23.

SEXTO, Consolatur Dominus vtilia opera facientes, sicut consolatus est Tobiam curando eum à cecitate, & Saram à demonio liberando. Tobia. 4. Item Danielem iustum positum in lacu Leonum, per angelum & Abacuch est Dominus consolatus. Daniel. 6. & 4. & 14. Item Susannam quæ in adulterio noluit cōsentire iniuste cōdenatam cōsolat^r est Dominus per Danielê ab impia sententia liberando

liberando. Danielis. 13. Impleuit Dominus promissum Apostolis quando in Pentecoste Spiritum sanctum consolatorem misit. Actorum, 2. De Ecclesia iustorum Dei quæ edificabant timore Domini & consolatione Spiritus sancti require. Act. 14.

CAP. 34.

Comtenplantur Deum & illustrantur.

- 1 *Penitentes in religione.*
- 2 *Quiescentes ab occupatione.*
- 3 *Præsidentes in prælatione.*
- 4 *Abstinentes à comessatione.*
- 5 *Consistentes in oratione.*

PRIMO, Contemplantur Deum, viri religiosi, qui relicta patria & parentela, in terram religionis eis à Domino demonstratam ingrediuntur vt ibi liberius contemplantur, In cuius figuram postquam egressus est Abraham de terra sua & de cognatione sua, & venit in terram quam demonstrauerat ei Dominus, in feruore dei, id est, in ardore charitatis contemplanus apparuit ei Deus. Gen. 18. Eliæ fugienti scilicet religioso, à facie Iesabelis, id est carnalitatis apparuit ei Deus, ex quo ostēditur quod Dominus non erat in spiritu grandi, id est superbia, quam religiosus relinquit, per humilitatem, nec in commotione auaritiæ, quam relinquit per voluntatis paupertatem, nec in igne Luxuriæ, quam relinquit per virginitatem & castitatem, sed in aure tenui, id est, in quiete contemplationis, sibi Dominus apparuit. 3. Regum. 19. Item Ioanni inquam religioso sequestrato à conuersatione mundanorum, & in Deserto vitam Heremiticam intrāti Christum venienti baptizare in aquas multas, id est, in multos populos prædicando, monstrando, qui vidit celos apertos, & vocem Patris audiuit, & Spiritum sanctum in columbæ specie vidit, Mat. 3. Item Ioanni Euangelistæ eandem vitam

vitam ducenti, in pathmos Insula, loco solitario, fuerunt ei secreta cœlestia reuelata, Apocalipsis per totum.

SECUNDO, Contemplantur Deum viri quieti mente & corpore, In cuius figura Esau vir vagus non habuit benedictionem paternam, quam dedit contemplanti Iacob, qui ad domum mansit ad contemplandum, qui multas visiones habuit à Deo. Genesis, 27. Item requiescens super lapidem post Solis occasum vidit scalam cœlestem angelos atque Deum. Genesis, 38. Item Sara cum ancillis suis ascendit in superiori Tabernaculo vt contemplaretur quietius & adoraret. Tobie, 3. Item Daniel ingressus domum suam deuotè, fuit ei reuelatum misterium. Danielis 2. notabile est quod Maria quæ quiete sedebat ad pedes Domini, præponitur Marthæ, quæ ministrabat ei. Luc. 10. Item cum Petrus quiete oraret in superiori domo reuelatum est ei, Gentiles non esse abiiciendos. Actuum. 10. contemplari volentes, necessè est esse solitarios. Sicut Isaac habitans in terra Australi relicta familia, egressus est ad meditandum in agro. Gen. 24. Item post transitum, Iacob remansit solus & contemplatus est angelum, luctantem secum. Genesis. 32. Item Eliseus quando voluit orare pro filio Sunamitidis, & remansit solus, & clausit hostium super se. 4. Regum. 4. Et David qui contemplaturus erat, dicebat, quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam, ecce elongaui fugiens & mansi in solitudine, exspectabo eum qui saluum me fecit a pusillanimitate spiritus, &c. Item dimissa turba Iesus ascendit in montem solus orare, vt daret nobis exemplum fugiendi turbas, cum volumus contemplari. Mat. 4.

TERCIO, Contemplantur Deum boni prælati, debite prælationis officium exercentes, In cuius figura Moyse pastor, oues deducens de exteriori & interiori deserti, contemplatus est Deum in flamma rubi, id est, prælatus ducens populum ad asperam pœnitentiam, & flammam charitatis, Deum contemplatur. Exodi 3. Item Ietro dixit Moyse, quod esset in populo, in his quæ ad Deum pertinebant, scilicet, in contemplationis doctrina. Exodi decimo nono. Item Zacharias offerens sacrificium egressus in templo à dextris altaris contemplatus est angelum nunciantem. Luc. 1.

Q V A R T O. Contemplantur Deum, non crapulae de-
diri & ebriof, sed ieiunâtes & sobrii, Ideo moyses quadra-
ginta dieb. & quadraginta noctib. panem non manduca-
uit & aquã non bibit, & stetit in monte Deum contemplan-
do. Exo. 21. Item Elias ieiunans contemplatus est angelũ
qui refouit eum spiritali cibo, cum quo vsque ad montẽ
Dei ambulauit 3. Reg. 19. Item Danieli ieiunanti, & ab-
stinenti in eius contemplatione ostendit ei Deus mirabi-
les visiones. Daniel 2. Item ad saluatorem nostrum, post
ieiunium accesserat Angeli ministrantes ei. Matt. 4. Item
Paulus prostratus & excecatus ieiunauit per tridũ, & vi-
dit mirabiles visiones & tunc creditur raptus ad tertiam
cœlum & vidisse archana Dei. Actu. 9.

Q V I N T O, Contemplari debet homo Deum in ec-
clesia oris debitis orando & ipsum humiliter & deuore
collaudando, in cuius figura Samuelem dormientem in
templo, id est, Christianum in ecclesia somnum contempla-
tionis habendo, & orationi vacando, Dominus vocauit
1. Reg. 2. Item Danieli oranti, dixit Angelus, egressus sum
vt docerem te Daniel. 9. Item orantibus Apostolis in die
Penthecostes descendit Spiritus sanctus & illustrauit eos.
Actu. 21. Ideo contemplantur Deum tribulati postulando
liberationem, sicut contemplabatur Iudith videns tribula-
tionem ciuitatis suæ & ingressus in oratione in cinere se
prosterneſ contemplando orabat. Iudith. 4. Item Hester
videns populum suum in tribulatione & periculo positũ,
depositis vestibus regis, induit se vestibus luctus & con-
templatus pro liberatione populi, orauit. Hester 5. Item
Ezechiele stante in medio captiuorum, facta est super eũ
manus domini Ezechielis primo:

C A P. 35.

Corrigēdi sunt fratres & proximi.

- 1 Cum discretione arguendi.
- 2 Sine lesione resistendi.
- 3 Sub affectione diligendi.
- 4 Cum exhortatione præsidendi.

3 Cum

- 5 *Cum minatione puniendi.*
- 6 *Ex intentione miserendi.*
- 7 *Non cum repletione dirigendi.*

PRIMO, Correctio fraterna est opus misericordiae & pietatis, scilicet, spiritualis & opus magis meritorium, quam misericordia corporalis, quia per corporalem lucratur homini vitam corporis proximi. Sed per istam lucratur vitam animae, Ideo Abraham postquam iurauit, Abimelec facere sic cum misericordiam, statim increpauit eum, Gen. 21. Item magnam misericordiam fecerunt Rubem & Iudas, arguentes fratres suos, volentes interficere Ioseph quem sic cōseruauerunt vitam. Gen. 37. Item Phinees & Iosue misericorditer egerunt, quando arguerunt fratres suos, qui edificauerant altare in scandalum filiorum Israel, & conuersos misericorditer susceperunt. Iosue 21. Item duplicem misericordiam fecit Ionatas reprehendendo patrem quia patrem temperauit & David salutauit. 1. Reg. 17. Iste est perfectam regulam de correctione dedit Iesus Petro, dicens: si peccauerit in te frater tuus corripe inter te & ipsum solum, deinde dicitur, si te audierit lucratus es fratrem tuum, Matth. 18.

SECONDÒ, Correptio & reprehensio fraterna debet fieri discretè & benignè & charitatiuè & talis correptio reducit errantes ad vitam veritatis, & pietatis, sicut discretè ac benignè Abraham arguendo cōpescuit iurgiū quod erat inter pastores Loth, & pastores eius, separādo & diuidēdo se ab eis, Gen. 13. Item nō cum furore arguit Nathā David pessimè egisti, quia adulterium & homicidium perpetrasti, sed cum discretione vt diceret assumpta similitudine illa qua cepit eum verbis oris eius & conuertit eum. 2. Reg. 12. Similiter vit de filiis prophetarum reprehensus regem Israel, discretam similitudinem proposuit arguendo. 2. Reg 14. Item benignè reprehendit ciues suos. Iudith. 9. Item quia Petrus discretè arguit, quosdam irridentes apostolos, post conuertit, Actu. 2. Itē post sanationem Claudi, ostendit Petrus quibusdam eorum culpam benignè aliquantulum excusans eos verbis dulcibus ita quod quinque millia hominum sunt

sunt conuersi. Act. Item Paulus discretè & benignè arguit Romanos conuersos, Ro. 2. O quam discretè arguebat Ioannes ipsos quos de malis quæ fiebāt reprehendēdos videbat, nam semper memorabatur bonorum, malos excitabat vt non desperarent sed confortarent se.

TERTIO, Correptio & comprehensio fraterna debet fieri benignè, sed non prodest obstinatis resistentibus correctioni ideo demones fuerunt propter quod tales sunt dimittendi & habendi sicut publicani, iuxta sententiam saluatoris. Matt. 18. Item satis benignè & dulciter reprehendebat Loth Sodomitas, sed obstinati non audierūt verba eius. Gen. 19. Item filij Israel reprehenderunt filios Benjamin de scelere perpetrato, in vxorem Leuitæ & noluerunt punire malos, sed obstinati fuerunt, & cōcesserunt & ideo perierunt Iudicum. 20. Item Abner arguebat Azael de persecutione ipsius, sed quia ipse contempsit ideo periit Item cæcus illuminatus à Domino pulchrè arguebat & conuertebat iudeos sed ipsi obstinati eiecerunt eum. Iohannis. 9.

QUARTO, Corrigentes & arguentes bonos, diliguntur & honorantur ab eis, & contriti multotiens efficiuntur, ideo Moyses reprehensus à Iethro quod stulto labore, laboraret, quamuis sanctus esset, verba gentilis nō despexit, sed plus dilexit eum, & amplius honorauit. Exo. 18. Item Daniel arguit discretè regem Baltasar & corripuit exemplo patris sui, rex autem patiēter audiuit eumq; dilexit, & eum postea magnificè honorauit Danie. 5.

QUINTO, Corrigendi sunt duri, cum Zelo & feruore, & durè & acriter increpādo, Ideo Helyas eum magno zelo arguebat durè cōmunem populū dicens si Deus est dominus sequimini eum 3. Reg. 19. Item grandi feruore & zelo reprehendit Elisens regem Israel, circumstante exercitu, 4. Reg. 4. Item Ioannes verba cum feruore magno dixit Herodi non licet tibi habere vxorem fratris tui. Marci. 6. Item vnus de latronibus, qui pendeat in cruce, cum magno zelo alterum reprehendit. Luc. 23. Stephanus positus in consilio iudeorum, feruenter & audacter increpauit eos, de quolibet vitio singulariter arguendo. Quia vita subditorum requiritur de manibus prælatorum vt dicit Gregorius debet eos reprehendere, de præ-

de præsumptione, sicut Sacerdotes restiterunt Ozia, et reperitur, quòd bonus prælatus debet subditos multum benignè & charitatiuè reprehendere & singulariter de his.

- 1 De præsumptione, alta appetendo.
- 2 De defensione iterum impugnando.
- 3 De oppressione pauperum inedendo.
- 4 De transgressione festorum violando.
- 5 De locutione falsorum mentiendo.
- 6 De occasione exemplorum retrahendo.
- 7 De acceptione munerum exoptando.
- 8 De laxatione carnalium fornicando.
- 9 De turbatione personarum litigando.
- 10 De aptatione sacræ rei honoranda.
- 11 De hæsitacione fidei obiectando.
- 12 De prælatione maiorum conternendo.
- 13 De contemplatione vitæ abdicando.
- 14 De pigritatione ocij conseruando.

P R I M O, Debet reprehendere de præsumptione, sicut Sacerdotes restiterunt Ozia, volenti offerre incensum, arguentes eum dicentes, non tui officij est adolere. 2. Paralip. 26.

S E C U N D O, Debet arguere, si non seruat iura Ecclesiæ sicut reprehendit Esdras filios transgrediendo, qui dixerat contra legem filias alienigenas, &c. Esdras. 9.

T E R T I O, Debet arguere oppressores minorum & pauperum sicut Neemias, increpauit optimates propter grauamina quæ à diuitibus imponebantur pauperibus. Neemi. 5.

Q U A R T O, Debet arguere eos de violatione festorum, sicut arguit Neemias Sabatha omnia differentes. Neemia. 13. Item debet eos arguere de mendacio, sicut Petrus reprehendit, Ananiam & Zaphyram. Actuum. 5. Item debet increpare subditos de malo exemplo, per quòd quidam retrahantur à bono, sicut Paulus Elymam

Magum durè redarguens qui Proconsulem nitebatur à bono proposito auertere. Act. 13. Item reprehendere debet etiam simoniachos, sicut Petrus redarguit Symonem Magum volentem emere prætio gratiam spiritus sancti. Act. 6. Item debet reprehendere de peccato carnis, sicut Apostolus reprehendit Corinthios de fornicatione. 2. Corinth. 5.

S E X T O, Reprehendere debet etiam litigantes sicut Paulus qui eosdem Corinthios reprehendit de secularibus negotiis litigantes. 2. Corinth. Item de reuerentia circa Sacramenta, sicut Paulus eosdem arguit, de reuerentia Eucharistiæ. ad Corinth. 9. Item debet eos arguere de errore circa fidem, sicut Paulus de resurrectione reprehendit. 1. Corinth. 15. Item debet eos arguere, si reuerenter non honorant prælatos, sicut Paulus reprehendit eosdem quod cum aliis Apostolis grauia sustinebāt, ipsum verò non honorabant. 1. Corinth. 9. Item arguendi sunt subditi qui post ingressum sacræ religionis, & spiritualis vitæ, volunt etiam a liqua tenere de vita seculari, sic Paulus arguit Galathas, qui post receptionem Euangelij, legis obseruatiã tenere volebant. Galath. 3. Item debet arguere subditos otiosos & pigros, sicut Paulus Thesalonicenses otiosos arguebat. ad Titum. 3.

S E P T I M O, Corrigendi sunt ebriosi & crapulæ dediti, non in ipsa ebrietate & crapula; quia tunc non habent intellectum, nec sensum clarum sed obscuratum scilicet crapula, vel vino indigesto, cuius exemplum habemus, mulieris sapientis, Abygail quæ erat vxor Nabal, quæ volens eam reprehendere noluit statim post prandium illud efficere, sed expectauit tempus opportunum, quo vsque vinum quo madebat digestum esset. 1. Reg. 15.

C A P. 36.

Curiositatem Sectantes.

² *Diligunt successionem sapientiæ.
Cupiunt accessionem euidentiæ.*

Appetunt

3 *Appetunt affectionem eminentiæ.*

4 *Exigunt emendationem penitentiæ.*

PRIMO, Curiosi semper desiderant noua scire, & in ipsa scientia apparere, ideo prima mulier quæ desiderauerat scire bonum & malum vocem serpentis aspexit, & diuinum præceptum tempfit. Gen. 3. Item Discipulorum curiositatem, scire volentium tempus secundi aduentus, reprehendit Dominus dicens, nō est vestrū nosce tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate. Act. 1.

SECONDŌ, Curiosi volunt semper videre magna & noua. Sed in eorum periculum, ideo Dina volens curiosè videre nouitatem mulierum regionis illius, capta, & corrupta est. Gen. 34. Item Iudæi videntes Christi miracula fieri manifestè, adhuc signa de cælo quærebant. Luc. Item Herodes curiosè cupiebat videre Iesum vt signum aliquod videret. Luc. 23.

TERTIO, Curiosi cupiunt apparere potentes & magni, quod est contra Dei mandatum, ideo præcepit Dominus populo ne in montem ascenderent, id est alta non appeterent & terminos non transirent. Exod. 19. Item Dominus mandauit populo nulla curiositate mutare sanctuarium, nisi prius reuoluerentur, &c. Numeri. 4. Ozias Rex Iudæ, voluit adolere incensum, vt videretur posse fungi officio sacerdotis. 2. Paralip. 16. A curiositate processisse video quod Simon magus baptisari à Philippo se fecit, qui ad ostensionem facere cupiebat duci ad penitentiam, à prudentibus & bonis viris, quia frequenter conuertuntur & curiositatem relinquunt: ideo prædicante Paulo, in Ephesio, & infert qui fuerant curiositati dediti separati ab ea, attulerunt libros & eos coram omnibus combusserunt. Actuum. 19. Item reprehendit Apostolus quosdam sacerdotes curiosè & quietè obseruantes, & nihil boni operantes ad Thessalonicenses. 3. Item adolecentes viduas mouet Apostolus & esse vitandas, quia frequenter sunt vagæ curiosæ & verbosæ. ad Thi. 3.

- 1 *Quantum ad æquitatem offerentium & eorum gradum.*
- 2 *Quantum ad dignitatē exigentiū & eorū modū.*

PRIMO, Considerandæ sunt quantum ad seculares partes, qui eas reddere prælatis Ecclesiasticis obligantur. Et sciendum quod Decimas, Ecclesiarum rectoribus dare debet quilibet quantumcunque sit magnus & potens, & hoc debet facere liberaliter & integrè & de melioribus rebus, sicut Melchisedech, qui fuit potentissimus Rex Salem obtulit Abrahæ inquam Dei vicario, decimas scilicet, omnium quæ habebat. Genesis. 14. Dare debet homo decimas, quia Deus eum custodit, & pascit, & vestit, & dirigit. Sic enim fecit Iacob, & votam vouit Domino, petendo, si fuerit Dominus mecum & custodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panes, & vestimentum quo operiar, reuersusque fuero in domo patris mei, cunctorum quæ dederit mihi decimas & hostias pacificas offeram. Genesis. 28. Cito etiam & non cum tarditate debent decimæ tribui, sicut præcepit Dominus dicens, decimas & primitias non tardabis, Exod. 22. De melioribus rebus & nobilioribus debent decimæ & primitiæ dari, sic est per Diuinum præceptū statutum nu. 18. A fidelibus debent decimæ ad Ecclesias & templa portari, vel earum prætium. Etiam si Sacerdotes non petant, sic enim nobis præcepit Dominus dicens, frumenti vini, olei, & primogenita de armentis & ouibus dabis Domino Deo, in loco quem elegerit, vt inuoces nomen illius in eod. c. Numeri. Decimas etiam recipientes debent esse Clerici, domino seruietes, qui non debent superflua querere, sed solum decimis vacare, & decimis & oblationibus, debent esse contenti. Sic enim per Dominum dictum est Aaron postquam sibi decimas tradidit omnium quæ possidebant filij Israel, in terra eorum vel possidebitis nec partem habebitis inter eos, ego enim pars & hæreditas tua, nu. 18. Per sacerdotes recipientes decimas communicari debent decimæ, & alij Ecclesiastici redditus pauperibus peregrinis, pupillis & viduis. Sic enim sacerdotibus à domino dicitur, leuitis qui aliarū non habent & possessiones, peregrinis, pupillo & vidue qui intra sunt positi, comedant

dent tecum, qui saturabuntur, & benedicat tibi Dominus Deus tuus. Numeri. 19. Sacerdotes qui recipiunt decimas, debent vacare Diuinis, & non temporalibus scilicet, in orando, sicut Ezechias exercens Deo placita sacerdotem instruxit dicens, vos elegit Dominus, vt stetis corâ eo, & ministretis illi, collaudate eum, & sumetis intentum, quod ipsi sacerdotes plenissimè implerūt. 2. Paral.

C A P. 38.

Deridentur ab infobrijs,

- 1 *Moderatores malarum affectionum.*
- 2 *Operatores sanitatum operationum.*
- 3 *Superatores datarum tribulationum.*
- 4 *Predicatores sanctarum locutionum.*

PR I M O, Derisores, derident pacificos, & suis derisionibus, accenduntur alij ad nocendum, qui prius non habebant materiã nec intensionẽ nocendi eis sicut enim viri Sadoch deridentes Gedeonem, & cõminantes ei induxerunt eum ad nocendum eis, qui primo nolebat nocere. Iudicum .8. Item Nabal incitauit Dauid & socios eius, qui prius erãt pacifici, propter conuicia & derisiones nunciis eorum illatis, nisi per sapientem Abigail & eius verbis pacificatus fuisset, 1. Regum. 19. Instruendi sunt pueri à parentibus ne irrideant senes pacificos, quia pueri qui deridebant Eliseum, dicentes, ascende calue, permissi sunt ab eo deuorari ab Ursis, qui alias compassus mortuo suscitauit eum. 4. Reg. 4.

SE C U N D O, Derident mali & peccatores iustè operari volentes, sic Michol videns Dauid laudantem Deum ante Archam fœderis derisit eum, dicẽs: quam gloriosus fuit hodie Rex. 2. Reg. 6. Item Sanabach & alij deridentes ædificantes muros Ierusalem id est mali deridebant bonos, qui bonis operibus viuus lapidibus ædificant muros Ecclesie super petram id est Christum, Neemiæ. Item Nicanor videns Holocausta offerri, deridebat ea. Machab.

TE R T I O, Deridentur positi in prosperitate positos in aduersitate tribulationum, sic ex cæcato Tobia,

parentes & cognati deridebant eum dicentes, vbi est spes tua pro qua elemosinas faciebas, Tobie. 3. Item Iob afflictum in rebus, filiis & corpore deridebat vxor eius dicēs, benedic Deum & morere. Iob. 2. Item Saluator noster tempore suę passionis, & afflictionis multas derisiones & illusiones hominum suscipere dignatus est. Luc. 23.

QVARTO, Deridentur hodie prædicatorēs, missi à Deo & prælati in prædicationib. eo quia veritatem eis dicunt & prædicant, in cuius figura filij Israel deriserunt cursores quos ad instruendos miserat Sedechias 2. Paralip. ultimo. Sic etiam deridebat populus Prophetas missos à domino qui eis annuntiabāt veritatem. 2 Paralip. 6. Item iudæi deridebāt apostolos prædicātes, & loquentes variis linguis. Acto. 2. Item cum audissent Athenienses Paulum prædicantem resurrectionem mortuorum deridebant eum Actuum. 17.

CAP. 39.

Detractores habent.

- 1 Sanctitatis indignationem.
- 2 Fœlicitatis malignantiā.
- 3 Rectæ veritatis punitionem.
- 4 Iniquitatis occasionem.
- 5 Sublimitatis elationem.
- 6 Peruersionem boni in malum & e contra.

PRIMO, Detrahunt pessimi viris bonis, secundum exempla bonitatis peruersionem vitia eis cum multa audacia falsa crimina imponendo, sic domina cui seruebat Ioseph iniquè detraxit eum, apud virum suum accusando, imponens ei quod eam opprimere voluisset. Gen. 38. Item Phares detraxit Moyse. Ancilla pessima detraxit, & malè edixit Saræ imponens ei quod interfecisset viros. Tobie. 4. Item senes illi pessimi detraxere Susannæ eam similiter accusando & condemnando, Danielis. 13. Item Symon malè loquebatur deducta promissione ciuitatis & defensorem gregis. 2. Mach. 4. Item falsi testes dixerunt Stephano, dicentes homo iste non cessat malè loqui Act. 5.

SECVNDO, Detractio est vitium, & singulariter inuidorum, qui aliorum felicitatibus inuidetes diffamant, vt eos deprimant, sic principes inuidentes Dauidi, detraxerunt apud Achis. 1. Regum. 19. Item emuli edificantium, scripserunt Attaxerxi, detrahentes eos, vt opus faceret interdici. Esdræ. 4. Item principes populi detraxerunt Ieremiæ apud Sedeciam regem inuidentes ei, Iere. 38. Item Caldei inuidia moti accusauerunt Iudæos, & detraxerunt eos coram rege. Danielis 3. Item Satrapæ Danieli inuidentes felicitati Danielis, & coram rege Dario detraxerunt, Daniel. 6. Item Pharisæi inuidentes Christo, multoties dixerunt, cum publicanis & peccatoribus manducat &c. Matt. 9. Luc. 5. Item Paulus ex inuidia, detractus est coram Galiano Act. 18. & à quibusdam etiam Iudæis in templo. Act. 27. & Athenis à Pharisæis. Act. 17.

TERTIO, Detractores puniuntur à Deo etiam in hoc seculo, nam locuta est Maria soror Moyfi ei detrahens modica accusatione assumpta, & statim infecta est poenâ Lepræ, Numerorum 12. Item filij Israel detraxerunt terræ promissionis in malum eorum, & ideo non intrauerunt terram, sed mortui sunt hostibus & postea in deserto, Nu. 16. Item detraxerunt Moyfi Chore & complices eius, ideo multi sunt occisi, Num. 16.

QUARTO, Detractio est accusatio, quæ est occasio homicidiorum & multorum malorum, nam occasione Docæ Idumei referentis; Sauli, quod Abimelech confortauerit Dauid, 85. viros indutos ephod lieno & mulieres & paruulos interfecit. 1. Regum. 22. Item principes filiorum Amon detrahentes nuntius Dauid, peruerterunt primam intentionem eius, & fuerunt causa guerre, belli & homicidiorum. 2. Reg. 18. Simon prepositus templi, suis relationibus malis faciebat templum Dei spoliari. 2. Mach. 16.

QUINTO, Detractio à superbia & ambitione procedit, nam volentes se exaltare & alios deprimere detrahunt eis, sicut Absolon ambiens regnum patris detrahebat ei, dicens: habenti negotium non est qui audiat, constitutus à rege. 2. Regum. 15. Aman superbus quia non adorabatur à Mardocheo omnibus Iudæis detraxit coram rege Hester. 3. Alchimus qui volebat fieri summus sacerdos coram Demetrio detrahebat Iudæ. 1. Macha. 7.

S E X T O, Detractores peruertunt bonum in malum dicunt bona mala inentione facta, nam si ieiunans dicunt te esse hypocritam, si comedas dicunt te esse voracem, Si gregus dicunt te esse pigrum, si ambulas dicunt te esse inquietum. Si taces dicunt te esse stultum, Si loquaris dicunt te esse presumpuosum, Si tua erogas dicunt te esse vanę glorię cupidum, Si non erogas asserunt te esse auarum. Ideo de Ioanne Baptista dicebant detractores quia multum ieiunabat demonium habet Matt. 11. viso miraculo de cæco nato detraxerunt Pharisæi Christo dicentes, nos scimus quia homo peccator est, & maledicebant illi Ioannis 9. Item eiecto demonio in Belzebut principe demoniorum eicit demonia. Luc. 8,

C A P. 40.

Discordia oritur.

- 1 *Inuidia fraternitatis.*
- 2 *Abundantia fertilitatis.*
- 3 *Eminentia sublimitatis.*
- 4 *Fraudulentia carnalitat is.*
- 5 *Crapula gulositatis.*
- 6 *Assistentia fidelitatis.*

P R I M O, Discordia oritur ex inuidia quod patet in prima discordia que fuit inter Cain & Abel, quam mouit sola inuidia. Gen. 4. Occiso autem à David Philisteo, & auditis cantantibus Saul motus inuidia, quod plures dederat David, quam sibi David postea fuit per Saul persecutus. 1. Reg. 18. Item in turba dissentio de Iesu, nam dicentibus quibusdam quia bonus, alij autem moti inuidia dicebant non, sed seducit turbas. Ioannis. 9. Etiam quando ex inuidia discordantes religiosi, sic baptizato Cornelio à Petro discedebant aduersus illos qui erant ex circumcissione fideles inuidentes ei qui fuerat gentilis, Act. 12.

S E C U N D O, Discordiæ oriuntur ex abundantia fertilitatis propter temporalem substantiam, nam propter nimiam substantiam inter Abraham & Loth facta est discordia. Gen. 13. Item quia Iacob decepit Esau in hereditate & benedictione pa-

terna facta est discordia inter eos Gen. 26. Item propter auaritiam Nabal, facta est discordia inter eum & David, sed per prudentiam & liberalitatem Abigail fuit illa discordia sedata prudenter. 1. Reg. 25.

TERTIO, oriuntur discordiæ multoties ex superbia & ambitione Dominij: Nam quia reges Sodomorum recesserant à seruitute Chodorlaomor, factum est bellū de quatuor regibus, contra quinque. Gen. 14. Item ex timore perdendi Dominium, pugnavit Amalec cōtra filios Israel post transitum maris. Exod. 17. Item Abimelec & viros Sichem qui malefecerāt eum principem, facta est magna discordia. Et David propter superbiam dominandi 2. Reg. 16. Item propter superbiam & durum responsum quod Roboāo pulo diuisum est regnū 3. Reg. 12. Contentio fuit inter discipulos quis eorum videretur esse maior quod ex superbia processit. Luc. 12.

QUARTO, Discordiæ frequenter fiunt propter mulieres vel propter luxuriam, nam viri vt Sodomitæ vallauerunt domum Loth, in qua erant Angeli in humana specie, vt libidini vacarent Gen. 19. Item occasione Dinæ quā oppressit Sichem facta est magna discordia & multa homicidia sunt secuta. Gen. 34. Item propter vxorem Leuitiæ abufæ inter filios Benjamin & filios Israel maxima discordia est secuta. Iudic. 14. Item propter vxorem Sampsonis alteri traditam dissentio facta est inter eum & Philisteos. Iudicium. 15. Item quia Amon violauit Thamar, facta est discordia inter eum & Absalon 2. Reg. 13.

QUINTO, Discordia oritur ex nimia commestione sic accedit de filiis israel qui iurgati sunt cōtra Moysen & Aaron, & diu iurgati sunt populi propter potum ad aquas contradictionis. Numeri 21.

SEXTO, discordia oritur quandoque ex dispectu boni, nam Paulo, & Barnaba prædicantibus Iconiæ, diuisa est ciuitas, nam quidam erant cum iudæis, & quidam boni in populis defendebant, Acta. 14. vt per Paulum iustitia, & per Barnabam misericordia monstraretur propter Iohannem facta est dissentio inter eos Act. 23. Discordes & rixantes debent à prælatis & maioribus argui, Et ad pacem & concordiam exemplis & orationibus prouocari, Sic Moyses rixantes Hebreos compescuit ad inuicē. Exo. 3.

Item

Item mulieres rixantes propter infantem viuum. Salomon cum iustitia prudenter quietauit 3. Regum 3. Item contentionem discipulorum, quis eorum esset maior sedauit Christus per suæ humilitatis exemplum. Luc. 22. Iudeis litigantibus ad inuicem, quomodo Christus posset eis dare carnem suam ad manducandum, Saluator multis rationibus & exhortationibus quietauit. Ioan. 6.

CAP. 41.

Duri & obstinati,

- 1 *Verbis vtilibus non confunduntur.*
- 2 *Visis sublimitatibus peiores efficiuntur.*
- 3 *Sed finitis crudelibus sauiunt si corriguntur.*

PRIMO, Duri & obstinati per verba & prædicationem non emolliuntur sicut duri lapides super quas si aqua cadat non molli fiunt interius. Sicut Heli duros filios verbo corripuit, sed non profuit. 1. Regum. 2. Item Samuel satis dixit populo graues condiciones Regis, & voluntatem Dei, nec potuit eos ab eorum duritia reuocare. 1. Regum. 8. Nec per verba Ionathe, nec beneficia Dauidis largientis cor Saulis potuit emolliiri. 1. Reg. 18. Itē Nabal fuit ita durus, quod per dulcia verba nunciorū Dauidis flecti non potuit. 1. Reg. 25. Item multa verba dixit Abner ad Afael vt non persequeretur eum, sed ipse non assensit & occisus fuit. 2. Regum. 28. Item nuncij Ezechiae instruebant & prædicabant viris Iuda, sed ipsi indurati, subsannabant. 2. Paralip. 3.

SECONDO, Duri & obstinati non solum non acquiescunt quantumcunque videant signa magna & mirabilia, sed etiam visis, peiores efficiuntur, non suas mentes mollificant, sicut induratum est cor Pharaonis in deterius quæ Moyses de mādato Domini faciebat, nec eum emollire poterat ad credendum. Exod. 5. 6. 7. 8. 9. Item Iudæi qui apprehenderunt Dominum Iesum, duri & obstinati fuerunt, quia neque per signum passionis, nec per miracula saluationis auriculæ moti sunt ad misericordiā circa

circa eum. Luc. 22. Ioan. 18.

TERTIO, Duri & obstinati, non solum non acquiescunt monitionibus, sed etiam si reprehenduntur, peiores fiunt, nam deterior fuit Cain post monitionem Domini quando fratrem suum interfecit. Gen. 4. Item obstinati Iudæi Zachariam increpantem eos de eorum duritia crudeliter occiderunt. Item etiam Stephanum increpantem Iudæos de eorum duritia eum occiderunt, nequiter lapidando. Act. 7.

CAP. 42.

Ecclesia materialis est.

- 1 *Sine pigritia adificanda.*
- 2 *Summa lætitia Deo dicanda.*
- 3 *Vbi flagitia sunt emendanda.*
- 4 *Vbi spurritia est abluenda.*
- 5 *Vbi officia sunt audienda.*

PRIMO, Ecclesia cum sollicitudine, & feruore est ædificanda, ideo feruentior & diligentior fuit Salomon in ædificatione templi, quàm in ædificatione domus propriæ, nam templum prius incepit & compleuit, quia templum fecit in septem annis, & domum propriam duodecim annis consumauit. 3. Regum. 6. Item magnam curam habuit Dominus in ædificatione Ecclesiæ quando præcepit Cyro quod ædificaret sibi domum in Ierusalem, quam prius per Esaiam prædixerat, Esdræ. 1. Isaia. 4. Item Iudæi primo ædificauerunt templum quam murum ciuitatis, licet haberent inimicos propè. Esdræ. 3.

SECUNDO, Ecclesia fuit ædificata solemniter, & cum gaudio consecrari in toto vel in parte, ideo magnam solemnitatem fecit Salomon in templi dedicatione. 3. Reg. 8. Obtena victoria de inimicis Machabæi dixerunt, Ecce contriti sunt inimici nostri, qui costaminauerunt templum ascendamus nunc mundare Sancta & reuocare, ecce ecclesias dedicare intendunt, nec adhuc de suis domibus fecerant

fecerant mentionem. 1. Machab. 4. Multum enim debet homo timere violationem Ecclesiæ, Nam Iudei pugnaturi cum Nicanore plus timebant de violatione templi, quam de filiis & vxoribus. 2. Machab. 15.

TERTIO, Ecclesia dedicata, debet esse libera, & seruari priuilegio libertatis vt saluentur fugientes in eam, nec ibi aliquis occidatur, ideo precepit Ioiadas Pontifex, vt Athalia educeretur extra templum, & non occideretur in templo. 4. Reg. 11. Item Rex Demetrius statuit, vt quicumque ad templum confugeret in omni maleficio liber esset. 1. Machab. 14.

QUARTO, Ecclesiam debet homo intrare mundus, id est, à peccato, In cuius figura dixit Dominus Moyfi facies eueum labium ad lauandum & immissa aqua lauabit Aaron & filij eius manus suas, & pedes cum iugressuri sunt in templum, & ad tabernaculum, per manus operationes per pedes affectiones. Exod. 30. Propter hanc causam non licebat nisi paucis & mundis intrare templum & tangere vasa eius. Num. 4. Item cum Ecclesia sit de se munda & pura, vtique & à mundis debet possideri, nam Christus qui mundus est, ob hoc templum mundauit eiiciens vendentes & ementes oues & boues, & mensas ministrorum quæ templum reddebant immundum. Matthæi. 21, & Luc. 19.

QUINTO, Ecclesia debet sæpè visitari, & specialiter à Clericis, & religiosis viris, qui ad horas canonicas deuotè laudantes Deum, & orationes pro se & pro aliis debent effundere, ideo commendatur Tobias quia frequenter ibat ad templum, orans Deum. Tob. 1. Item instruendi sunt etiam pueri vt Ecclesiam visitent, & frequenter exemplo Christi qui quadragesimæ diebus voluit à matre ad templum deferri, & duodecimo anno fuit in medio Doctorum in templo repertus. Luc. 2. Item Petrus & Ioannes ascenderunt in templum ad horam orationis nonam quando sanatus est claudus. Actuum. 3. Item Eunuchus Candacis Reginæ commendatur, quia de Ethiopia venit in Ierusalem ad visitandum templum, & sedens in curru legebat Isaiam prophetam, quod est contra illos qui ad sacra loca euntes, vel redeuntes, ab eis non referuntur, nec leguntur Ecclesiastica sacramenta, sed vana
& vacua

& vacua. Actuum. 3. 8. Item Ecclesia est locus quem debet homo frequentare, & ibi documenta prædicationis audire, quæ debent prælati & prædicatores populo nunciare detestando vitia laudando virtutes, exemplo Christi, qui in templo pluries prædicauit. Mat. 2. Luc. 10. Ioannis. 6. Angelus aperto carcere in quo erant Apostoli dixit eis, Ite & loquimini in templo verba vitæ, Actuum. 5.

CAP. 43.

Electionem Prælatorum.

- 1 *Semper oratio debet præcedere.*
- 2 *Dei signatio debet succedere.*
- 3 *Iustificatio debet accedere.*
- 4 *Fortificatio vult antecedere.*
Sed malignatio solet incedere.

PRIMO, Electionem debet præcedere oratio deuota, vt Deus eligentium corda illuminet ad veraciter eligendum, sicut nos instruit Moyses, qui moriturus ante electionem alterius prælati, orauit dicens, provideas domine hominem, qui sit super multitudinem hac. Num. 34. Item post mortem Iosue consuluit populum, vt consulerent Deum, & orauit pro duce & rectore idoneo. Iudicum. 1. Item Apostoli dum deberent elegere alium Apostolum loco Iudæ, orantes dixerant, Tu Domine qui omnium corda nosti, ostende quem elegeris. Actuum. 1.

SECONDO, eligit Deus aliquando prælatum per signa, vel eligendum reuelat, & iste sunt optimæ electiones sicut præcepit Dominus Moysi, dicens, tene Virgas, & pone in tabernaculo &c. quod cum fecisset, inuenit virgam Aaron germinasse, in signum electionis diuinæ, Num. 17. Ordinauit Deus & reuelauit quod Iosue filius Num. in prælatura succederet. Numer. 27. De reuelatione & mandato Domini speciali elegit Samuel Dauid, & vnxit eum in Regem 1. Reg. 16. Item Barnabam & Paulum, Dominus per reuelationem elegit, dicens segregate mihi Barnabam &

bam & Paulum in opus ad quod assumpſi eos, Actū. 14.

TERTIO, Eligendi debent esse boni & iusti, & prælati maximè, vt iustè & pacificè populū regant, tales dixit Ietro Moyſi eligendos, dicens, Elige tibi viros sapientes. Deum timentes, in quibus sit veritas, & qui oderunt auaritiā, & electi sunt tales. Exod. 18. Saul quando fuit electus erat bonus, & non erat in filiis Israel melior eo. 1. Regum. 9. Item post mortem Saul illi de tribu Iuda elegerunt David virum bonum in regem. 2. Reg. 10. Item appropinquās David morti, de filiis meis elegit Dominus Salomonem sapientem in regem, qui rex pacificus dicitur. 1. Paralip. 28. Item scripsit Heli, dicens eligite meliorem de filiis Domini nostri. 4. Reg. 10. Item vocauit Iesus suos discipulos & ex eis duodecim elegit meliores quos Apostolos nominauit. Luc. 6. Item elegerunt Apostoli Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto. Actuum 6.

QUARTO, Eligere debent electores hominē in prælatum fortē & non infirmum qui possit eos, contra corporales & spirituales defendere hostes & prælationis onera magnanimitè portare, Ideo Moyſes vidēs Madianitas qui significant dæmones superare populum Dei, viros de oī populo & tribu fortissimos qui resisterent inimicis elegit. Nu. 31. Item videntes filij Israel quod Gedeon strenuè pugnaret dixerunt, tu nobis dominaberis, & eum inducem & principem elegerunt Iudicū. 6. Maiores natu de Galaad elegerunt Iethro fortissimum pugnatores, vt pugnaret pro eis & imperaret eis. Iudicū. 12. Item amici Iudæ dixerunt Ionathæ, Iudas defunctus est, & vir similis ei non est qui exibat contra inimicos, nunc ergo te eligimus hodie, pro eo principem ad bellandum bellum nostrum. 1. Machab. 9. Et principes mali diuino iudicio, in damnum eorum, & mali sunt eligentes, sicut Abimelec qui procurauit eligi ſci icet, per amicos, sed pessimè successit vtrisque Iudicū. 9. Item diuino iudicio terribili functus est rex Ieroboam su per 10. tribus, qui fuit occasio quod populus recederet à cultu Dei. 2. Reg. 12. peccabilis electis ab arborib. pertinet ad electionē malorū prælatorū.

CAP. 44.

Exhortatio bona & prædicatio solet,

- 1 *Contemntes non iuuare.*
- 2 *Audientes honorare.*
- 3 *Morientes liberare.*
- 4 *Exercentes recreare*
- 5 *Delinquentes coarctare.*
- 6 *Apparentes obsecrare.*
- 7 *Negligentes incitare.*
- 8 *Non credentes reuocare.*

PRIMO, Exhortatio & prædicatio obstinatis nõ prodest, quia lex exterior est eis parum efficax, nam Cain exhortatus per Dei vocem, fratrem suum interfecit. Gen. 4. Item Sodom ite cum exhortarentur à Lorth, malè respõderunt, & pessimè egerunt, & agere voluerunt. Gen. 19. Itè exhortatus est Abner Afaelem, sed ipse obstinatus non acquieuit, ideo ab eodem occisus fuit. 2. Reg. 2. Cursores Ezechie exhortati sunt filios Israel, sed ipsi obstinati deriserunt. 2. Paralip 3. Itè exhortebatur Daniel Nabugodonosor & nihil profuit ei. Danielis 4.

SECONDÒ, Exhortatio audientibus & benè dispositis multum prodest, & benè accidit sequentibus eam, Sicut benè accidit Iacob qui benè acquieuit exhortationi b. matris, propter quod paternã benedictionẽ accepit. Gen. 27. Item benè accidit fratrib. Ioseph qui crediderãt exhortationibus Ruben & Iudæ, ne Ioseph interficerent, quia per ipsum fuerunt ab inopia liberati. Gen. 43. Item serui Naaman hortati sunt eum vt crederet verbis Elisei, qui acquieuit & in Iordane se lauit & sanitatem recepit. 4. Reg. 5. Item Tobix accidit qui credidit exhortationib. Raphaelis, qui iuit incolumis, & rediit. Tob. 6.

TERTIO, Exhortatio bona liberat à morte hominẽ & à malis periculis: nam exhortatio quam se it soror scilicet Moyfi filix Pharaonis quod pmitteret v. mulier
 † hebrea

Hebrea paruulum lactaret, ne necaretur, liberauit Moysen à morte, quia nõ suggebat lac mulierum Ægyptiorũ. Exo. 2. Item bona exhortatio quã fecit Abigayl ad Dãuid liberando Nabal à morte. 1. Reg. 25. Item quia Mardocheus est hortatus Hester, vt rogaret Regem pro populo, se & populum à morte liberauit. Hester. 4. Item Abimelech hortatus Sedechiam, Ieremiam liberauit de carcere Ieremiæ. 38.

Q V A R T O, Exortatio bona, laborem & fatigationẽ diminuit, & recreationem tribuit fatigatis. Nam propter exhortationẽ quã fecit Ietro Moysi, vt iudices minores institueret, vt ipse non stulto labore consumeretur diuinitus est labor & fatigatio Moysi, Exo. 18. Item ædificantes templum in Ierusalẽ de captiuitate, hortabatur Angelus & Zacharias, recreabant. eos in laboribus suis Esdre. 5. Item desiderauit Neemias edificare muros Ierusalem & hortatus est obstinãter & magistrates ducum, surgamus & edificemus & alleuiatus est labor & confortatæ manus eorum. Neemiæ 2.

Q V I N T O, Exhortatio bona retrahit à peccato nam perpetrãdi in proposito existentes, sicut exhortio Abigail retraxit Dauid à peccato homicidij quod conceperat facturum in Nabal. 1. Reg. 25. Quãdiu vixit Iojada, tam diu fuit bonus Ioas, quia exhortabatur regẽ iuda, sed eo mortuo factus pessimus: exhortatio enim illius retrahebat eum à malo, qui quando non habuit piam exhortationẽ fuit in omni peccato. 4. Regum 2. Item ad exhortationẽ Neemiæ vsurarij vsuras reddiderũt & eas amplius non tulerunt. Item Iohannes Baptista, ob suam exhortationem populum conuertit, & multi baptizabantur confitentes & dimittentes peccata sua. Matt. 3. & Marc. 1.

S E X T O, exhortatio bona tribulatos, confortat & tribulationes leuius portare iuuat, ideo Tobias pergebat ad illos qui erãt in captiuitate positi, exhortãs eos ad patientiam. Tob. 4. Item tribulatio Iob fuit causa quod uenerunt tres amici exhortantes eum. Iob. Item cum primis illorum septem fratrum in sartagine torqueretur ceteri vero hortabantur eum dicentes, Deus propitiabitur &c. 2. Machab. 7. Exhortatio bona maxmẽ patrẽum ad filios facit eos esse bonos. Et ideo cum summo opere studere debent

debeant parentes filios & filias suas, exhortari, sicut parentes vxoris Tobiz monuerunt eam, honorare Socrum, diligere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere. Tob. 10. Item moriturus Mathathias exhortatus est agere viriliter pro lege Domini quam exhortationem ipsi postea seruauerunt. 1. Mach. 2.

S E P T I M O , exhortatio bona incitat animos hominum ad bonum & ad virtutes, sicut Iudith sua exhortatione animauit viros Bethuliz, ad resistendum Holoferni viriliter, & ad placendum Deo, Iudith. 8. Item Iudas Machabæus, hortabatur & animabat populum sermonibus bonis. 1. Machab. 3. 4. & 8. Item Paulus & Barnabas hortabantur fratres & animabant vt permanerent in fide Actuum. 14.

O C T A V O , Exhortationes in prædicationibus debent prædicatores facere libèter, quia eis officium à Deo iniungitur, tū quia ex ipso fideles & peccatores ad Deum conuertuntur, ideo iniunxit Dominus Isaiæ, clama ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isaiæ. 58. Item Ieremias de officio prædicationis se excusauit, postea Domino præcipienti concessit. Ieremiz primo. Item factum est verbum Domini ad Ionam vt iret & prædicaret in Niniz, qui licet prius fugeret, postea obediuit. Ionæ, 2. Item amisit Saluator discipulos, dicens prædicate appropinquabit regnum cœlorum. Mat. 18. Item exprobrata discipulorum incredulitate Christus dixit, prædicate Euangelium omni creaturæ. Marci 16. Item prædicatione exhortatoria, est maxima, quia peccatores infideles ad Deum conuertit, sicut prædicatione Ionæ conuertit Niniuitas, qui propter peccata subuerti debebant. Ionæ. 2. Item Petrus efficaciter prædicauit taliter quod eatenus tria millia hominum conuertit ad Christum. Actorum. 2. Ad illam prædicationem Petri crediderunt, quod factus est numerus credentium quinque millia hominum. Actorum. 5. Nec debet redere prædicatores longum prædicare sermonem nec audire, dummodo sermo sit utilis, nam quadam vice à mane vsque ad mediam noctem, prædicauit Paulus, vbi quidam adolescens oppressus somno corruit & mortuus est, ibique Paulus descendens suscitauit, & prædicationem iterum resumens vsque ad diem protraxit. Act. 20.

CAP. 45.

Fallaces sunt mulieres & intendunt,

- 1 *Ad gulositatis deceptionem.*
- 2 *Ad veritatis subuersionem.*
- 3 *Ad carnalitatis accessionem.*
- 4 *Ad cupiditatis repletionem.*
- 5 *Ad pietatis ostensionem.*

PRIMO, Mulieres sunt apte, vt, seducant homines ad omne vitium gulæ cum quo cetera vitia introducuntur, ideo de vitio gulæ prius homines seducendo, decipiunt vt ad corporale, & spirituale deducant suspendiũ, nam occasione Eux deceprus est Adam vt fructũ vitũ comederet, ex quo mortem corporalem & spiritualement incurrit. Gen. 3. Item Sisaram sitientem ex labore Iahelem inuitauit fatigatum ad potam & sic fraudulenter pro aqua lac dando, de cuius potatione sopitum interfecit. Iudi. 4.

SE C V N D O, Fallaces sunt mulieres decipiendo mendaciis quibus multum infallendo vtuntur, vnde Sara non solum homines sed & Deum voluit fallere mentiendo dicens: non risi: Gen. 18. Sic vxor Sampsonis fundebat lachrimas, vt citius ei crederet, dicens odisti me, simulas verbis diligere, cui secretum postea reuelauit, quod seruare promiserat, Iudicum, 14.

TERTIO, Fallacias etiam mulieres inueniunt, vt vitium ad luxuriam trahant, & sibi ad voluptates suas alliciant, nam filix bene viros alios deceperunt ex quo patrem suum taliter deceperunt, quod ad luxuriam trahendo incestum duplicem commiserunt, & ipsum pronocauerunt. Gen. 19. Domina cui seruebat Ioseph eum fallere per luxuriam voluit, sed nequiuit. Gen. 39. Item citius deceperunt mulieres Moabitæ quã Balam. Nu. 25. Item licet optima intentione Iudith. Holofernẽ per accessionem luxuriæ, tamen eum decepit Iudith. 10. Item Herodias per libidinem incitauit Herodem vt Ioannem quem reputabat iustum, decollaret. Marci. 6.

QUARTO,

QUARTO, Fallacias inueniunt mulieres, vt per auaritiam & cupiditatem valeant attrahere sicut Rachel que per auaritiam fuerat furata idola patris sui cum pater insecutus, supellectilem Iacob scrutaretur, patrem pulchra adinventione delusit. Gen. 36 Saphira per auaritiam fraudem fecerat de prætio agri credens Petrum decipere, sed ipsa diuina percussa est ultione. Act. 5.

QUINTO, Fallunt mulieres aliquando iniquos viros volentes nocere ex pietate & compassione defendendo, & eruendo de eorum manibus innocentes sic obstetrices Pharaonem volentem interficere pueros filiorum Israel deceperunt. Exod. 1. Baal exploratores abscondit, & eos ad mortem quærentes arte delusit. Iosue. 2. Item Micol fecit Dauid fugere à Saule quærente eum occidere & posuit simulacrum in locum, & sic patrem delusit & Dauid liberauit. 1. Reg. 19. Item mulier abscondit nuntios Dauid in puteo & posuit velamen super os putei, & sic saluauit eos & quærentes delusit. 2. Reg. 11.

C A P. 46.

Fides quam habemus erga Deum.

- 1 *Commendatorum perfectione protenditur.*
- 2 *Miraculorum præcessione ostenditur.*
- 3 *Inimicorum abiectio attenditur.*
- 4 *Mira signorum ostensione defenditur.*
- 5 *Deuotorum saluatione perpenditur.*
- 6 *Prædicta instructione intenditur.*
- 7 *Incredulorum vexatione prætenditur.*

PRIMO, Magnam fidem habent perfecti, & in Deo credentes & piures qui in sacra scriptura multipliciter commendantur, scilicet vt eorum exempla credamus. Nam credidit Abraham Deo & reputatum est ei ad iustitiam. Genes. quindecimo. Moyses de magna fide commendatur ab Apostolo, dicens fide Moyses grandis effectus est &c. vbi plures commendantur

de fide ad Hebræos. 2. Item Mariam virginem Elizabethæ de fide commendauit, dicens beata es quæ credidisti, quoniam perficientur in te, quæ dicta sunt. Luc. 1. Item commendauit saluator fidem Centurionis, dicens, non inueni tantam fidem in Israel. Mat. 8. credentes laudat Dominus, dicens, eos esse beatos, beati qui non viderunt, & crediderunt. Ioan. 20. de fide etiam commendatur Stephanus. Act. 6.

S E C V N D O, Fides requiritur aliquâdo ex miraculis præcedentibus, & ostensis, dum enim homines vidēt fieri miracula inducuntur citius ad credendum, ideo postquā filij Israel transierunt mare miraculosè diuisum, & viderunt Pharaonem submersum Deum timuerunt & crediderunt. &c. Exod. 14. Magi videntes stellam eius, miraculosè monstratam, receperunt magnam & veram fidem venientes de longinquo adorare Saluatorem, pauperculum puerum esse Deum credentes. Mat. 2. Item viso miraculo, de claudo per Petrum & Ioannem sanato, factus est credētium numerus quinque millia hominum. Act. 4. Item Paulus & Cornelius nundum Christiani, sed vterq; ad fidem Christi viso miraculo est conuersus. Act. 9. & 10. Item Præsul videns Paulum credidit, quando vidit Elymam Magum miraculosè excæcatum. Act. 13.

T E R T I O, Fidei ascribitur victoria, Ipsa est quæ triumphat de hostibus iuxta illud, Gedeon, Bareth, Sampson, Iepthe, Dauid, Golyam, &c. Et ideo dicitur sancti per fidem vicerunt Regna, operati sunt iustitiam, &c. ad Hæbreos 11. hæc est victoria quæ vincit mundum fides vestra. 1. Ioan. Cum magna fide dicit Ionathas armigero suo, non est Domino difficile saluare in paucis, qui postea victoriam deportauit: 1. Reg. 14. Cum magna etiam fide dixit Dauid ad Golyam, tu enim venis ad me, cum gladio, hasta & clypeo, &c. ego in nomine Domini, & triumphauit in pugna. 1. Regum. 17. Item magnam fidei verbum dixit Afa dicens, Domine non est apud te vlla distantia, vel in paucis auxiliare aut in pluribus, & bellans victor extitit. 2. Paralip. 13. Simile dixit Machabæus sociis timentibus, & extitit triumphator primi Machabæorum 3.

Q V A R T O, Fides facit hominē securum in omni periculo.

periculo & aufert omnē timorem, Ideo dixit Iofaphat exercitui suo. credite in Domino Deo vestro & securi eritis. 2. Paralip. 2. Item Esdras veniens Ierusalem, per periculofam viam, noluit petere cōductum à Rege, sed cum fide magna ad Deum se etiam conuertit. ieiuniis & orationibus. Esdræ 8. Item vidēs Neemias ædificantib. esset innumerabilia tedia laborantib. dixit, cum fide magna, Dominus noster pugnat pro nobis, & nos securè faciemus opera. Neemiæ 4. Item cum magna securitate dixerunt Regi tres pueri, potest Deus nos eripere de manu tua. Dan. 3. Ex magna abundantia & securitate fidei processerunt verba illorum septem fratrum qui patiebantur pro legibus seruandis 2. Machab. 7.

QVINTO, Fides operatur miracula & multi recipiunt fidem, ideo dixit dominus si habueritis tantam fidei sicut granum sinapis dicetis huic monti transire hinc &c. Item docēs Christus discipulos ad prædicandū inter alia dixit eis signa acturos eos, qui credideront, hæc sequentur in nomine meo dæmonia eiicient linguis loquentur nouis &c. Marci ultimo. Miracula etiam recipiunt fidem habentes, ideo Dominus post fidem Centurionis seruum sanauit ægrotum Matt. 8. Multum valet Christianis fides propria quantum valuit paralytico fides aliena, vt sanitatem recipiant. Luc. 5. Item quia Cananea magnam fidem habuit sanitatem filia impetrauit, Matt. 15. Item credens pater lunatico filio dixit crede adiuua incredulitatem meam. Mat. Item Paulum habentem fidem sanauit, Act. 14. Item mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur dicebat intra se si tetigero fimbriam. &c. tandem dixit Christus, filia fides tua te saluam fecit. Luc. 7. Item custos carceris in quo erat Paulus & solus videns terræmotum & carcerem apertum dixit, quid me oportet facere vt saluus fiam? Respondit Paulus crede in Iesum & saluus eris. Actuum 17.

SEXTO, Fidem instruere debēt prædicatores populū Dei audientem & ad eam inducere non credentes, nam Petro prædicante in pentecoste tria millia hominum crediderunt. Act. 2. Item multi Samaritani crediderunt in prædicatione Philippi & etiam Simon magus Act. 8. Item postquā Philippus prædicauit Eunucho dixit Eunuchus

primo ecce aqua quis prohibet me baptizari. Actuum. 8.

SEPTIMO, Fidem habentes, sed non seruantes, vel nō habentes debent multū puniri, & reprehendi, Ideo Zacharias, qui fidem verbis angeli non adhibuit, est ab angelo taciturnitate percussus. Luc. 1. Item puniuit Dominus illos de pœnitentia sua, propter carentiam fidei subtrahendo miracula, & virtutes, nam quia ipsi fidem non habebant, ipsis virtutum miracula non ostendit. Mat. 13. Item reprehendit Saluator noster Petrum, dicens, modicę fidei quare dubitasti. Mat. 14. Item Thomam non credentem Dominus arguit, noli esse incredulus sed fidelis.

CAP. 47.

Fides mulierum magna.

- 1 *In ore virorum summè extollitur.*
- 2 *Omnium sanctorum tempore obsequitur.*
- 3 *Credendorum, pulchro cordi imprimitur.*

PRIMO, Patet in dictis sacrae scripturae, qualiter fides mulierum per sanctos viros extollitur & commendatur, nam laudat & commendat Apostolus fidem Raab, quæ non repudiavit nuncios, & exploratores recipere pro Iosue, & eos pasci, pacificè custodire. Iosue. 2. Item commendatur Ruth de fide, quando dixit Socro, populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Ruth. 1. Item redarguitur Zacharias ab angelo de infidelitate, sed Elisabeth commendatur, quia fidei iter exultauit. Luc. 1. Commendatur verò Maria ab Elisabeth quia credidit angelo nuncianti. Luc. 1. De resurrectione Domini multos legimus dubitasse, sed de mulieribus nullam, sed quia apparuit primo Mariæ Magdalena; ideo illa credens, & cucurrens nunciauit Apostolis fideiter. Mat. 26. Marci. 16.

SECUNDO, Mulieres sunt credentes, verbis Sanctorum virorum, & eis fidem plenariam exhibentes, sicut vidua in Sarepta, verbis Elię fidem exhibuit circa rem difficile. 3. Reg. 17. Et alia mulier debitis obligata, verbis Elisci adhi-

adhibuit fidem quæ statim vasa mutuo acquisiuit & oleū multiplicatum accepit. 4. Reg. 4. Item credidit vidua purpuraria Paulo instruenti, & baptizata est cum omni domo sua. Actorum 16.

TERTIO, Fide confessæ sunt mulieres vt neque timore confunderentur, quia corde creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem. Item mundi creationem & corporum resurrectionem illa firmiter credidit, quæ septem filios vidit cruciari, 2. Macha. 7. Anna prophetissa cõfitebatur Deū & loquebatur de ipso omnibus audire volentibus. Luc. 2. Item mulier Samaritana confessa est: dicens, scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Ioannis 4. Item confessio Marthæ fuit similis confessioni Petri, quæ dixit ego credidi quia tu es Christus filius Dei qui in hunc mundum venisti. Ioannis. 11. De fide Cananæ & eius confessione quære in capitulo sequenti.

CAP. 48.

Fideles homines debent esse.

- 1 *Obedientes verè operando.*
- 2 *Beneuolentes semper sese diligendo.*
- 3 *In præsentia benè arguendo.*
- 4 *Pleni scientia & benè consulendo.*
- 5 *In conuenientia pacta tenendo.*

PRIMO, Fideles debent esse serui Dominis imposita non prætermittere Sic enim seruus Abraham fideliter egit sibi commissum a Domino, quando pro Rebecca filij eius vxore misit. Gen. 24. Item Iacob fideliter seruiuit Labam pascendo fideliter & sollicitè gregem suū. Gen. 31. Item erga Dominum suum Ioseph fideliter se habuit quando vxorem eius vrgentè recusauit Gen. 39. Item David noluit occidere Saul dominum suum, licet potuit eū percutere & quamuis ipsam persequeretur ad mortem 1. Reg. 24. etiam Saul fidelitatem seruauit in seruitio licet indiscretè 1. Reg. 13. Item viri Iabes fideliter se habuerunt, quado Dominum suum licet malum honorificè sepe seruit primo Regum. trigesimo primo. Item Vrias fidelis noluit

noluit esse in delitiis quando Ioab eius capitaneus in exercitu esset, licet pluries esset à Davide stimularus ve quiesceret 2. Reg. 11. Tres viri robustissimi defenderunt Dominum suum afferentes aquam de cisterna Betel, cum magno periculo personarum. 1. Paralip. 15.

S E C U N D O, Fidelitatem debent inter se seruare amici, & potissimè in tempore tribulationis, alterutrum se iu uare, Sic Ionatas indicauit David fideliter facta patris, & ipsum quantum potuit, excusauit, 1. Reg. 20. Item dixit David ad Abimelech amicū suum non timeas & non pa ueas quanquam quæserit animam tuam, quæret etiam & meam. 1. Regum. Rex Israel dixit regi Iudæ amico suo ubi ego & tu & populus tuus & populus meus 2. Para. 16.

T E R T I O, Fideles debent esse prælati subditis suis, & eos more boni pastoris, & non mercenarij fideliter defen dere, Ideo fideliter agit Ioiada Pontifex cum Iosia filio Ioram, sed ille malè cognouit postea existens ingratus, 2. Paralip. 24. Item Onias Pontifex fideliter laborauit fide liter custodiendo deposita viduarum & pauperum, quan do Simon voluit per Heliodorum templum Domini fa cere spoliari, 2. Machabeorum 3.

Q U A R T O, Fideles debent esse homines in cōsiliis, & fideliter dare cōsiliū indigentib. Sic Ioseph fideliter se ha buit dādo cōsiliū Pharaoni, per quod famem totius pro uincię tēperauit. Gen. 41. Item fideles David dederunt fi dele cōsiliū dicentes: tu vnus pro decem millibus cōpu taris 2. Reg. 10. Item alia vice fideliter cōsulerunt dicen tes non exhibis ad præliū ne lucerna extingatur. 2. Reg. 27. Discretū & fidele cōsiliū dederunt Paulo quidam de Asia ne se daret in theatrum. Act. 19.

Q U I N T O, Fidelitas seruanda est cum proximis, vt quod homo pacto vel fidelitate promisit fideliter serua re studeat, sic se habuit Raab cū exploratorib. quos serua re promisit, & illi econtra seruauerunt pactū Iosue, Etiam Iosue Gabaonitis pactum fideliter seruauit, quando cō tra hostes eos fideliter defendit Iosue 11.

- 1 *Cum reuerentia Deum timere.*
- 2 *Cum humana decentia malum cauere.*
- 3 *Cum placencia mores habere.*

PR I M O, & ante omnia filij erudiendi sunt ad Deum diligendum, quod si non faciunt mala morte pereunt, nā quidam filius mulieris Israelitæ malè fuerat instructus sicut plures tales fuerunt & sunt, & parentibus nō obtemperantes. Et est causa, quia ab eis in pueritia male nutriuntur qui prius Deum blasphemauerant, qui fuit postea à populo lapidatus, & hoc de præcepto Domini. Leuitici. 24. Item præcepit dominus filiis Israel vt docerēt. filios suos quatenus Deum magnificè honorarent Tob. 21. Item sollicitus multum erat Iob de filiis suis ne fortè Deum offenderēt, offerens pro eis sacrificium Domino ad eum placandum. Iob. 1. Et mater septem fratrum mirabiliter instruebat in eis quæ Dei erant. 2 Macab. 7.

S E C V N D O, Instruendi sunt filij, corrigendi & reprehendēdi de vitiis quæ cōmittunt sic increpauit filiū suum Ioseph pater eius Iacob, reuelantem somnia de ambitione & superbia, per quod videbatur patri & matri & fratribus dominari. Gen. 37. Item arguebat Iacob filios suos de negligētia, dicēs, quare negligitis &c. Item quia Heli malè corripuit filios suos ipse & ipsi grauitè puniti sunt. 1. Reg. 4. Contumax & proteruus filius qui propter patris monita non dimisit peccata, præcipitur à Domino lapidari. Numeri 12. Item Adonias quia non fuit correptus cum super regnum volebat regnare, fuit occisus à Salomone 3. Regum 2.

T E R T I O, Sunt instruēdi filij & docēdi bonos mores & operari virtutes, sicut Dauid appropinquans ad mortē, instruxit filium suum Salomonem de bono regimine informando, quia regnare debebat post illum. 1. Paralip. 15. Omni tempore debet pater docere filium, ab infantia, Deum timere, & honorare parentes, diligere proximos, in quibus omnia opera virtuosa monstrantur & notantur. Tob. 4. Parentes multum instruere debent filios, & maximè cum eos in nuptiis tradunt vt benè se & omnib. virtuosè & honestè se habeāt. Sic parentes Sarræ monue-

runt eam honorare socrum, diligere maritum, domum facere, & familiam, & se irreprehensibilem exhibere Tob. 10 Item quia parentes Susannæ cum essent iusti, benè erudierunt eam ipsa noluit adulterio consentire. Danielis 13. Item Machathias instruxit filios, viri ierè agere, dans eis vnum ex fratribus in ducem & alium consiliarium. 1. Machab. 3.

CAP. 50.

Fortes debent esse,

- 1 *Viri potentes ad succurrendum.*
- 2 *Purè viuere ad asserendum.*
- 3 *Terras habentes ad confligendum.*
- 4 *Bella regentes ad actuandum.*
- 5 *Præuenientes ad adiuuandum.*
- 6 *Semipotentes ad resistendum.*
- 7 *Et patientes ad sustinendum.*

PRIMO, Viri fortes debent esse ad succurrendum & ad adiuuandū præcipue in præliis succubentes, talis fuit fortitudo Abrahamæ qui audiens Loth captū esse succurrit ei & debellatis quatuor Regibus, reduxit Loth cū tota substantia & numerosum populū Sodomorū. Gen. 14. Itē Saul virtualiter & potenter succurrit viris Iabes obcessis a Ammonitis, liberauit eos. 1. Reg. 11. Item Ioiadas strenuè regnū de manu Athaliæ artipuit succurrens Ioab, parvulo abiecto per eā à regno, & ipsum in regē regni, quod ipsa abstulerat coronauit. 4. Regum 11. & 2. Paralip. 14.

SECONDO, Fortem & strenuum, & audacem reddit hominem puritas conscientia ad discedendum & agendum securè, sic Iacob non timens, cum iurgio dixit ad Labam, quid ob culpam &c. Gen. 31. Item propter puritatem Iacob, luctanti Iacob cum Angelo dixit angelus ei si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines præualebis. Gen. 32. Item Moyses purus & innocens, viriliter & audacter stetit contra Pharaonem redarguendo eum, Exod. quinto. Et ipsa Iudith, quia puram & veram consci-

conscientiam habebat, contra Holofernem magnam fortitudinem demonstrauit Iudith. 10.

TERTIO, Fortes sunt viri bellatores viriliter & strenuè præliantes, maximè quando est iustum bellum, quod est edictum à rege vel principe de rebus recuperandis aut repetendis vel pro præseruandorum hominum causa, Sic Phinees cum duodecim millibus Pugnatorum Madianitarum regem debellauit, præter mulieres & homines occisos viginti duo millia virginum duxit in prædam, nec vnus de suis mortuus est in bello. Item Angelus Domini dixit Gedeoni, Dominus est tecum virorum fortissime, & post hoc in hac fortitudine liberabis Israel. Iudic. 6. vnus formidolosus dissipat vnum exercitum, ideo dixit Gedeo exercitui suo qui formidolosus est reuertatur in terram suam, & ad domum suam. Iudicium 6. Item Sampson contra Philisteos multa fortia prælia in plurib. locis est operatus, Iudic. 15. & 16. fortiter licet desperate præliati sunt 12. pueri ex parte David & duodecim ex parte Isboset 2. Reg. 2. David fortiter superauit leonem & vrsum in heremo, & Philisteum Goliath in prælio. 1. Reg. 16. Item viriliter percussit Iehu duos reges fratres Ozæ & prophetas Baal. 4. Reg. 10.

QUARTO, Fortem reddunt exercitum confortatores Principum & ducum, ideo exercitus Caleph & Iosue populum confortauerunt dicentes ascendamus & possideamus terram &c. Nu. Item pergens Iosue contra Hai stabat in fronte exercitus quasi confortans alios sequentes. Iosue 8. Captis regibus dixit Iosue. 10. Item Aod, 11 principes confortarunt exercitum, & populum. dicentes sequimini, tradidit enim Deus inimicos vestros vobis. Iudicium 3. Iudas Machabeus hortabatur milites suos & animabat eos ad bellum 1. Machab. 2 4 & 18.

QUINTO, Fortes alijs resistunt licet præueniatur ideo filij Israel armati recesserunt de terra Ægypti, vt sese ab insequentibus defenderent. Exo. 13. Itè filij Israel ædificabant vna manu & alia tenebant gladium vt resisterent inimicis Neemix 4. Audiētes filij Israel potētā Holofernis viriliter parauerunt ad resistēdū ei. Iudith. 4. magnā fortitudinē habuit Mathathias ad resistendū hostibus iudeorū. 1. Mac. 2.

SEXTO,

S E X T O, Fortitudo perfectissima, est collatio aduersorum, vnde Philosophus dicit, fortitudo est considerata periculorum susceptio, & laborum perpeffio, talis fortitudo apud Deum & homines laudabilis est, Ideo socij Danielis audacter & fortiter collaudabāt Deum in fornace, dicentes Regi, Deus potest nos eripere de manu tua, & de camino. Danielis 3. Item fortiter sustinuit Iob. pericula, scilicet, rerum ablationem, filiorum occisionem & proprij corporis læsionem. Job. 1. Eleazarus & illi septem fratres, cum matre eorum pœnas viriliter sustinuerūt, 2. Mach. 7. Item Stephanus plenus gratia & fortitudine viriliter etiam sustinuit, Act. 7.

CAP. 51.

Fortes mulieres inuentæ sunt,

- 1 *Ad virorum liberationem.*
- 2 *Ad aduersorum tollerationem.*
- 3 *Ad amoris demonstrationem.*

P R I M O, Mulieres in sacra scriptura ad saluandum viros fortes inuentæ sunt & se aliquando periculo exponentes. Nam Delbora sic sua fortitudine liberauit populum de Barach qui noluit exercitum ducere in Syreã, nisi cum eo pergeret & Delbora ad bellandum, Iudicum 4. Similiter seruauit Abigail virum suum à morte, & dissipatione bonorum, 1. Reg. 25. Item magno periculo se exposuit Hester, vt à lata sentetia populum liberaret. Hest. 6. Iudith fuit in magno periculo, vt Holofernem occideret & populum liberaret. Iudith. 10.

S E C V N D O, Fortes inuentæ sunt mulieres, ad sustinendum aduersa, Ideo dixit Boos, ad Ruth quæ erat vidua de terra sua egressa, scit omnis populus, te mulierem esse virtutis, Ruth 3. Item fortiter tulit graue improperiũ, Sara filia Ragnelis, ancillæ improperantis, Tob. 3. Mater septem filiorum fuit valde fortis sustinendo tormenta duplicia, scilicet in filiis & seipsa. 2. Mach. 7. Item in passione Christi Maria fortissima fuit quando stans iuxta crucem, gladius passionis eius, animam ipsius pertransiuit, Luc. 20. Ioannis 19.

T E R T I O

TERTIO, Fortē facit mulierem amor inflammatus, ita quod calefacta igne amoris, nil paueat, quod occurrat, bene inuentæ sunt mulieres, amore filiorum succensæ leonibus qui rapuerant filios occurrisse. Sic fuit maxima fortitudo Magdalæ, & audacia quæ amore Christi succensa in passione inter Iudæos armatos & crudelissimos non expauit, quæ etiam ad sepulchrum venit, vallatū custodibus, Et recedentib. discipulis non recedebat, sed dicebat, si tu sustulisti eum, dicito mihi, &c. Ioan. 20.

CAP. 52.

Fortes sunt mali.

- 1 *Ad offendendam innocentiam.*
- 2 *Ad inferendam violentiam.*
- 3 *Ad postponendam reuerentiam.*

PRIMO, Fortes sunt mali ad nocendum innocētibus vt eis amplius noceant se multis periculis exponentes post modum pessimè terminantes, sic fuit Cain quando insurrexit in fratrem suam innocentem & interfecit eum, sed postea fuit occisus, Gen. 4. Abimelech multum laborauit occidendo septuaginta fratres suos innocentes, sed ipse etiam periit mala morte, Iudicum 9. Item multis periculis exposuit se Saul, & laboribus persequēdo Dauid, sed tamen suam nequitiam non perfecit. 1. Reg. 19. Et infra. Item Absalon volens patrem à regno expellere non nocentem, sed benefactorem, sibi multos labores assumpsit, periculis se multis exposuit, & tandem malè finit. 2. Reg. 15. 16. 17. Multū laborauit Herodes volens Christum innocentem interficere, & ob hoc occidit pueros innocentes. Matt. 2. Quam plures Iudæi voverunt se non commesturos donec occiderent Paulum. Act. 13.

SECUNDO, Fortes sunt mali ad mouendas & exercendas guerras, & bella procurantes, Sic multum laborauerunt illi quatuor reges, qui post magnam stragem gentium debellauerunt regem Sodomorum, & Loth in captiuitatem duxerunt, Gen. 14. Item terras multas perambulauit, & deuastauit Holofernes, multa bella procurans, & tandem

tandem vna mulier decapitauit eum, antequam comple-
ret propositum suum. Judith. per totum, de hac materia
require infra capite. 4. & 24.

TERTIO, Fortes sunt mali homines, volendo con-
tra Deum exhibere se, & opera male intentionis, ideo le-
roboam laborauit, vt posset auertere populum à domo
David & à cultu Dei. 3. Reg. 13. Item Antiochus multum
laborem sustinuit, vt cultum Dei destrueret in Iudæa, &
cum depauperatus & confusus in aliena terra, miserabili-
ter est defunctus. 2. Machabeorum. 9. Non solum pruden-
tiores sed feruentiores sunt filij huius seculi, filijs lucis,
Luc. Nam alijs dormientibus Apostolis, Iudas ad prodi-
tionem Christi sollicitè vigilabat. Marci. 16. Item Princi-
pes sacerdotum, multam sollicitudinem habuerunt, vt pos-
sent nomen Christi extinguere. Custodes etiam sepulchri
Christi corrupti fuerunt, pecuniam recipientes, dicentes
sublatum esse. Mat. 28. Item Discipulos Christi ideo
Principes incarcerarunt, & monuerunt & præceperunt ne
in nomine Iesu Christi loquerentur. Act. 4.

C A P. 53.

Gratiæ sunt Deo reddendæ.

- 1 Pro gratuitorum receptione amplifica.
- 2 Pro periculorum euasione mirifica.
- 3 Pro inimicorum deiectione magnifica.
- 4 Pro filiorum adoptione celsifica.
- 5 Pro infirmorum sanatione deifica.
- 6 Pro ciborum assumptione pacifica.

PRIMO, Reddendæ sunt Deo gratiæ generaliter, pro
multitudine beneficiorum quæ ab eo recipimus, ideo
Iacob post multa beneficia, quæ abundanter accepe-
rat & ditatus libenter Deo agebat gratias, de omni-
bus dicens, Domine memor sum omnium. Gen. 32. Item
audiens David gratiam sibi factam, & multa beneficia si-
bi promissa, gratias humiliter egit. 1. Reg. 17. Daniel pro
multis quæ à Deo receperat, benedixit Deum dicens,
sit nomen Domini benedictum in secula. Danielis. 4.
Item

Item Paulus gratias agebat Deo, pro beneficiis sibi collatis, & omnes homines inducebat, ad agendas gratias, dicens sine intermissione orate, in omnibus gratias agite, ad Romanos. 1. ad Ephesios. 5. Thessalonienfes. 5.

SECVNDO, Gratia reddendæ sunt singulariter, pro liberatione & euasione periculorum & tribulationum, ideo voluit Dominus liberare filios Israel de seruitute Pharaonis, vt illa liberatio nunquam recederet à memoria eorum, dicens: erit quasi signum in manu sua. Exodi. 13. postquam filij Israel liberati fuerunt, transito Mare rubro, gratias egerunt Deo, dicentes, Cantemus Domino gloriosè. &c. Exodi 5. Item tres pueri, benedicebant Deum, in fornace ignis, ab incendio liberati. Danielis. 3. Scripserunt Iudæi Aristobolo, de magnis periculis liberati, Deo gratias egimus. 2. Machab. 1.

TERTIO, Gratia reddendæ sunt Deo, de triumphis & victoriis inimicorum, quæ diuina bonitate obtinentur, ideo post mirabilem victoriam habitam à filiis Israel, obtulerunt Domino, &c. Nume. 2. Similiter post victoriam de Zizara, Barach & Delbora, Domino cecinerunt. Iudic. 4. Item habita victoria & mundato templo, per Iudam Machabeum, benedixerunt Deum. 1. Machab. 4. Item victo & debellato Timotheo, per Iudam, in Hymnis & benedictionibus, & confessionibus, benedicebant Deum. 2. Machab. 10.

QUARTO, Gratia sunt Deo referendæ, pro impetratione, seu adoptione bonorum filiorum, sic laudauit Anna Deum, pro gratia quam recepit, ablato sterilitatis opprobrio, 1. Regum. 2. Item pro Salomone dicitur benedictus Deus, qui dedit Dauid filium suum sapientissimum 3. Reg. 1. Item propter conceptionem filij Dei, Beata virgo Dei genitrix Maria, carmine laudauit Deum dicens: Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1.

QUINTO, Gratia referendæ sunt Deo, pro sanitate recepta de infirmitate corporis sui, vel in aliis, sic Tobias cum recepisset visum ipse & vxor eius glorificabant Deum. Tob. 11. Item turbæ videntes paraliticum sanatum à Domino glorificabant Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Mat. 9. Item post vitam & sanitatem adolescenti redditam, accepit eos omnes timor & glo-

& glorificabant Deum. Luc. 7. Item vnus de decem leprosis curatus, reuersus est cum magna voce glorificans Deum. Luc. 17. Item claudus curatus à Petro surrexit, ambulans, laudans Deum. Act. 4.

SEXTO, Gratiæ reddendæ sunt Deo, pro victualibus, quæ concessit homini pro sustentatione vitæ suæ corporalis, scilicet pacificæ, sicut religiosi faciunt exemplo Christi & Apostolorum, debemus autem Deum ante susceptionem cibi laudare, quia ipse est qui parat escas nobis, & omni carni manum suam aperiens, & implet omne animal benedictione, sic fecit Christus ante multiplicationem, quando voluit turbam pascere in deserto, quia respexit in cælum gratias agens Mat. 14. Post cœnam etiam Deum laudare, & ei gratias offerre debemus, qui nos faciauit, & pavit, & escas dedit esurientibus. Exemplo Christi & Apostolorum eius, qui post cœnam dixerunt hymnum Matt. 25. Item in sumptione cibi spiritualis & Angelici, scilicet, Eucharistiæ, sunt agenda gratiæ, exemplo illius, qui accipit panem gratias agens & benedixit. Matth. 25.

CAP. 54.

Gratus debet esse homo.

- 1 *Liberantibus virtuosè.*
- 2 *Laborantibus operosè.*
- 3 *Dona dantibus gratiosè.*
- 4 *Consulentibus amorosè.*
- 5 *Annunciantibus fructuosè.*

PRIMO, Debet homo esse gratus ei, qui eum de periculo liberauit, vel in aliqua tribulatione iuuit, Sic gratus fuit rex Sodomorum Abrahamæ, qui liberauit eum, & populum suum de præda quatuor regum, offerens ei omnia spolia. Gen. 19. Item quia Moyses liberauit filios Iethro, de manu pastorum Iethro fuit ei gratus recipiendocum in domo sua, & dando ei filiã in vxorem. Exod. 20. Item benè remunerauit Iosue Raab, quia liberauit exploratores suos ab hostibus, Iosue 2. & 6. Cum Gedeon liberaffet

populum, populus gratus dixit ei, dominare tu nobis, & esto princeps noster, Iudicum. 8. Item Tobias gratus fuit Raphaeli, quem putauit virum, qui liberauerat patrem à cecitate, & uxorem à demonio, & ipsum à deuoratione piscis, offerens ei multa. Tob. 12. Naaman liberatus à lepra, multa munera obtulit Elisæo, licet ipse omnia recusaret. 4. Reg. 5.

S E C V N D O, Gratus debet esse homo laborantibus & fatigantibus se in eius seruitio sibi retribuendo vt debet, ideo Abraham licet oblata essent spolia à Rege Sodomorum pro se, quanquam tamen liberalis respueret, tamen accepit illa, vt pro suis necessariis essent ad sustentationem. Gen. 14. Item dixit Laban ad Iacob, nunquid quia frater meus es, gratus seruiens mihi, quasi diceret, noli esse ingratus, ideo dabo tibi mercedem. Gen. 72. Item gratus fuit David viris Iabes Saul. 2. Regum. 2. quia laborauerant ad sepeliendum Saul, Helyas ascensus in Paradysum, Elisæo qui sibi seruierat, remunerari voluit. 4. Reg. 2.

T E R T I O, Gratus debet esse homo, illis à quibus bona vel dona receperit, quibus obligatus est, donec retribuat eis, ideo Laban videns iocalia quæ seruus Abrahamæ dederat Rebeccæ sorori suæ, dixit ingredi benedite Dei, cur foris stas, & apparauit ei hospitium. Gen. 24. Item quia Regina Saba multa dona dedit Salomoni retribuit ei Salomon sicut gratus. tertio Regum. 4. Helyas propter bona recepta à muliere Sareptana vidua, filium eius suscitauit. 3. Reg. 17. Item Elisæus benè remunerauit mulierem Sunamiteon, apud quam consueuerat habitare, impetrando ei filium, & suscitando defunctum. 4. Reg. 4. benè cognoscebat Paulus sibi collata beneficia, dicens, sicut angelum Dei recepistis me. ad Gallatas.

Q V A R T O, Gratus debet esse homo, instruentibus & consulentibus bona, quia vt ait commentator non possum inquit, Patribus & Doctoribus reddere æquales vel esse satis gratus, sic Pharao fuit multum gratus Ioseph, qui ei interpretationem & visionem docuit, & consuluit in agendis, quia eum ex hoc magnificè sublimauit. Gen. 41. Itē Nabugodonosor & Balthasar, benè retribuerūt. Da. 2. & 50. Grat⁹ debet esse homo, amicis & eius hæredibus, ideo dixit David ad Abimelech, cui⁹ pater mortu⁹ fuerat

quierat amicus eius pro eo, quæret, inquit animam meam qui quæserit animam tuam. Item retribuit David Mifboserh pro gratia & amicitia patris sui. 2. Reg. 11.

CAP. 55.

Gulæ vitium solet.

- 1 *Adducere tentationem.*
- 2 *Ventris inducere pollutionem.*
- 3 *Mentis adducere subuersionem.*
- 4 *Ludis deducere vocationem.*
- 5 *Clericis abducere religionem.*
- 6 *Necis producere occasionem.*

PRIMO, Gulæ vitium in tentatione diaboli, primum obtinet locum, eo quia comedere & bibere sunt de necessitate naturæ, propter quod diabolus laqueum tentationis abscondit, vbi videt escæ necessitatem, sic enim primo de vitio gulæ primum hominem in paradyso tentauit. Genesis 3. Prima tentatio filiorum Israel fuit de cibo & potu. &c. Exodi 16. & 17. Item diabolus volens experiri Saluatorem esse Christum, prius de gula, quàm de alio vicio tentare præsumpsit. Mat. 4.

SECUNDO, Gulæ vitium incendit & incitat Luxuriam, nam secundum Ieronimum, venter mero estuans facile spumat in libidinem. Sic fuit de Loth, qui bonus fuit inter Sodomitas inebriatus tamen, cum propriis filiabus peccauit, & duplicem incestum commisit. Gen. 19. In huius figura dictum est, quod spiritus immundus id est tentatio luxuriæ, habitat in gula, sic in hominibus, sepulchrū patens est guttur eorū & petierunt demones, in porcos intrare id est, in tentationes luxuriæ, in gulosos. Lu. 8.

TERTIO, Gulæ vitium diffamat, & dementat quantumcumque, sic vt seipsum & quid agere debeat non cognoscat, Noe enim qui erat vir perfectus inebriatus est, sic demeratus, vt verecundia postposita, oīa verēda, ostendendo, denudatus iaceret. Ge. 9. Itē satis stultus, & demens factus est Esau qui propter leue edulium vendidit fratri suo

fuo primogenito. Gen. 25. In conuentu Sapientum, de fortitudine vini dixit vnus, vinum præualeat omnibus qui bibunt illud, scilicet ad mutandum sapientiam, vel sapientē in stultum. Esdræ. 3. per Isaiam dicitur, præ ebrietate absumpti sunt à vino. Isaiæ. 38.

Q V A R T O, Gulæ vitium deordinat hominem in laudem, in verbis, in actibus, in operibus malis, ideo quia sedebat populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, & vitulum adorare. Exod. 34. In epulis homines sunt loquaces, & inordinatè audientes, ideo inter epulas & crapulam, maledicebant Abimelech. Iudicum 9. De inordinato populo Dei, comederunt & saturati sunt nimis, & impugnati, prouocauerunt Deum ad iracundiã, & hoc propter inordinationem eorum & de inordinatione gulosa conqueritur Esaias dicens, Vocauit Dominus ad fletum & ad planctum, & ad cingulũ sacri, verum & ad gaudium, lætitiã dicentes, occidere vitulos & iugulare, comedere carnes & bibere vinum, cras enim moriemur. Isa. 28. Propter inordinationes filiorum cõmissas in epulis, offerebat Iob quotidie hostias. Iob. 1. Propter inordinata verba dicta in epulis, diues, epulo cruciabatur in lingua. Luc. 16.

Q V I N T O, Gulæ vitium, si detestabile sit in omnibus gentibus, maximè in Clericis & Religiosis detestandum est, ideo dixit Dominus ad Aaron, vinum & omne quod inebriare potest, tu & filij tui, quando intrabitis tabernaculum non bibetis. Leuit. 10. De gulæ vitio arguuntur filij Eli sacerdotis qui in tabernaculis intrabant, & nolebant accipere carnes coctas, sed crudas, vt eas lasciuus præpararent. 1. Reg. 2. Beatus Ioannes qui fuit colens Herenium religiosam vitam inchoans, bibebat aquam, & cibus eius erat locusta & mel siluestre. Mat. 3. Religiosi & Clerici qui habet circa diuina officia incedere, sic deseruiunt, vt attendant, ad Apostolos Dei, quorum oculi post cœnam erant grauati, vt vna hora cum Domino vigilare non potuerint. Mat. 28.

S E X T O, Gulæ vitium multotiens est occasio mortis, nam iuxta sapientiam sapientis, propter crapulã multi perierunt, hinc est quod Philisteis exultantibus, super eos domus cecidit. Iudic. 16. Comedit Ionathas modicum mellis contra patris præceptum, & fuit condemnatus

ad mortem. 1. Regum. 14. Amon fuit in conuiuio Ab-
salonis, temulentus factus, & per pueros principum pro-
uinciarum fuit ad mortem percussus. 2. Reg. 13. Propter
ebrietatem Holofernis, Iudith oportunitatem habuit oc-
cidendi eum. Iudith. 10. Item filiis Iob uersentibus, do-
mus cecidit super eos. Iob primo. Reuersus est Aman à
conuiuio lætus, & tandem fuit crucifixus cum decem fi-
liis suis. Hester 7. Item fecit Ptolomeus conuiuium Simoni,
& eundem cum duobus filiis interfecit. 1. Machabeorum
15. In conuiuio natalis Herodis, fuit Ioannes Baptista de-
collatus ad petitionem saltatricis ex consilio suæ matris
dequissimæ. Marci 6.

CAP. 56.

Homicidium procedit.

- 1 *Ab inuidibus prosperitatem.*
- 2 *A nobilitate diffidentium.*
- 3 *A superbientium sublimitate.*
- 4 *A lasciuientium carnalitate.*
- 5 *A decipientium peruersitate.*
- 6 *A retinentium ius æquitate.*

PRIMO, Homicidium procedit ex inuidia, quia
cum videt illum cui inuidet prosperari, occidit eum
ne amplius prosperetur, Sic Cain fratrem suum Abel
solum ex inuidia interfecit. Gen. 4. Tanta enim erat inui-
dia Saulis & affectio occidendi David, quod scilicet de-
linquentium pœnas pensantem eum habere non potens,
occidit Abimelech, quia confortauerat eum, & occidit al-
ios sacerdotes & mulieres & pueros 1. Reg. 22. Item Iu-
dæi occiderunt Saluatorem, solum ex inuidia, sciebat e-
nim Pilatus quod per inuidiam tradidissent eum. Mar. 26.

SE C U N D O, Homicidium aliquando fit, quando
propter defensionem occidit alter alterum, propter de-
fensionem suam, & aliorum. Sic Moyses occidit Ægyptium
calumniantem Iudeum, & hoc fecit ut defenderet fratrem
suum. Exod. 2. Aliquando occidit homo alium, pro defen-
sione patriæ vel gentis suæ, sicut David occidit Golyam,
pro defensione populi Israel, cui ille, populo insultabat.
1. Reg.

1. Regum. 16. Occidit Abner Asael, persequentem eum ut occideret, nec volentem à persecutione desistere. 2. Reg. 2.

TERTIO, Homicidium fit, propter ambitionem & superbiam, sic fecit Abimelech ut dominium obtineret solus. Iudicum. 9. Zambri occidit Elam dominum suum ut regnaret post eum. 3. Reg. 16. Itē Ptolomæus fecit occidi Alexandrū, quia regnū desiderauerat obtinere. 1. Machab. 15. Item Athalia tanta libidine exaruit dominandi, quod omne semen regium interfecit. 4. Reg. 11. Iehu iuravit contra dominū suū & interfecit eum ut regnaret. 4. Reg. 9.

QUARTO, Homicidia fiunt propter luxuriam sæpè qua propter tam sacra scriptura, quam in gestis antiquis vel antiquorum, multi leguntur occisi. Nam propter luxuriam Sichem deflorans Dinam, ipse cum patre & populo suo occisus est. Gen. 34. Item propter occasionem vxoris Leuite, incredibili vexatę libidine, occisa est maxima multitudo. Iudicum. 20. Item Dauid ut liberius vsicaret libidini, fecit Vriam sibi fidelem occidi. 2. Reg. 12. Amon propter luxuriam quā exercuit in Thamar, ab Absalone in cōuiuio est occisus. 2. Reg. 13. Itē Adonyas quia vxorē patris iniustè petiit, occisus est iussu Salomon. 3. Reg. 2.

QUINTO, Homicidia multa exercent proditores, & proditoriz sicut Ioab missis nuntiis, ut Abner veniret, pacificè cum loqueretur ei percussit eū in inguine & mortuus est. 2. Reg. 3. Item Ioab tenens Amasam salutans eum & quasi deosculari desiderans percussit eum proditoriè. 2. Regum. 22. Occidit Triphon Ionatham & duos filios eius, cum recepisset ipse duos filios pro liberatione 2300. talentorum argenti à Simone fratre. 1. Machab. 15.

SEXTO, Homicidia multa fiunt iustè cum occidunt homines ex iustitia, & pro exigentibus culpis, nam Zebæ & Salmana fratrem Gedeonis occiderant ab eo iustè & rationabiliter sunt occisi, quia omnis qui acceperit gladium, scilicet, accipiēdo vel percutiēdo gladio peribit. Iudic 8. & Mat. 26. Iustè fecit Dauid occidi adolescentē, qui Saul, scilicet dominū suum dixerat occidisse. 2. Reg 1. Item quia Ioab duos viros proditiosè occiderat scilicet Abner & Amasam, ipsum iustissimè Salomon mandauit occidi. 2. Reg. 2. Duo Senes pessimi, qui Susannam condemnauerant innocentem, iustè fuerunt à populo lapidati. Dan.

13. Item Anania & Saphira, domino mentientes, Dei & Petri sententia obierunt. Act. 5.

S E P T I M O, Homicidium valdè Deo displicet scilicet iniustum inter omnia vitia, & ipsum legitur valdè grauius puniuisse, nam homicidium Cain, puniuit acerbè, attamen non erat adhuc prohibitum, lege scripta. Gen. 4. Item vt ostenderet Dominus, quòd ipse homicidium abhorret, & facientem, sub figuræ velamine, carnem cum sanguine prohibuit manducari. Leuitici. 4. Homicidium in anima debet reputari occisus, ideò Rebecca, ne Esau occideret Iacob, dicebat, cur Orbabor vtroque filio vna die, scilicet, vno in corpore & alio in anima. Genesis. 27. Tantum offenditur Deus in effundendo sanguinem innoxium quod voluit quod David, qui innoxium sanguinem effuderat, sibi templum aliquatenus fabricaret. 2. Reg. 7. Item quia Ioas fecit Zachariam iniuste occidi grauius fuit punitus, sic quod diuina persecutione occisus est nec traditus Regiæ sepulturæ. 2. Paralip. 24.

C A P. 57.

Honorare debet homo patrem & matrem.

- 1 *Eis loquendo cum reuerentia.*
- 2 *Eis parendo obedientia.*
- 3 *Curam gerendo indigentia.*
- 4 *Non inferendo malè ex tristitia.*
- 5 *Fructum quærendo ex complacentia.*
- 6 *Pœnam timendo de negligentia.*

P R I M O, Honorare debet homo patrem & matrem eis reuerentiã exhibendo scilicet reuerenter tractando & verbis omnibus de eis honorabilia reuerèdo, sic Salomon honorauit Bersabæ, matrè suã, qui surrexit de folio in eius aduentu, & fecit ei soliũ parari magnificum, iuxta soliũ suũ. 3. Reg. 2. Tobias inter alia documèta, dixit filio suo, honorè præbe matri tuæ. Tob. 4. Expellès Iesus vendentes & ementes in tēplo dixit, nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. Mat. 20. volès Christ. ostèdere q̄ patrem

patrē in miraculis & in omnibus honoraret, post demonū eiectionē dixit, ego honorifico patrē meum. Ioan. 8. Item omnia quæ Christus faciebat, patri attribuebat, ostendens quomodo pater debet honorari & venerari. Ioan. 10.

SECUNDO, Debet homo honorare parentes, eorum præceptis semper obediendo, quia non obediētes præceptis eorum, malum incurrunt. & Dei sententiam, ideo filij Heli, quia non obediēter ei ut à malis desisterent, diuinam sententiam incurrerunt, 1. Regum, 2. Ionathas quia non obediuit præcepto patris, sed contra eius mandatum modicum mellis comedit, sententiæ mortis adiudicatus est. 1. Reg. 14. Iesus descendit in Nazareth, ita voluntate matris pauperibus nuptiis adiuit, & aquam mutauit in vinum, licet mater eius tantum diceret vinum non habent. Ioan. 2.

TER TIO, Honorare debemus parentes, de ipsis in vita & post vitam, & in morte habendo curam, & in necessitatibus eis subueniendo, ideo David in magna necessitate existens curam de parentibus habuit, & ipsos regi Moab diligenter commendauit, primi Reg. 22. Tobias senior dixit filio suo, cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem exhibe matri tuæ, omnibus diebus vitæ tuæ. Tob. 4. Item pendens Christus in cruce matrem dilecto discipulo commendauit, ibi notatur quod magnam sollicitudinem de ea gerebat in vita quia de ea in tali articulo dulciter cogitabat. Ioan. 19.

QUARTO, Honorare debemus parentes in nullo eos contristando, nec eos quantum possumus contristari faciendo, Licet Esau esset malus, & fratrem suum vellet occidere, non tamen viuente patre volebat, sed hoc differre ne contristaretur eum dicebat, quod venient dies luctus patris mei & interficiam eum, scilicet Iacob patrē meum. Genesis. 27. Item Iudas timens contristationem patris ad penam magnam se obligauit cum dixit, Benjamin si non reduxero eum, ero peccati reus coram patre meo omni tempore. Genesis 43. Item videns Iacob, quod Iudas comperiebatur, tristari, acquieuit verbis eius, qui non acquieuerat Ruben dicenti, duos filios meos interfice si non reduxero eum tibi. Gen. 42.

QUIN T O, honorare debemus parentes, propter fructum consequendū, nam alicui præcepto, Deus nō adiunxit, quod adiūxit præcepto de honore parentum, dicens honora patrem & matrem ut sis longeuus super terrā & qui male dixerit patri morte moriatur. Exo. 20. Quia Sē & Iaphet patrem denudatū inhonorauerūt operientes eū, benedictionē ab eo accipere meruerunt. Gen. 9. benedictio patris magna reputabatur, quando Iacob Esau, pro ea habenda contendebant. Gen. 27. Cham qui patrem non honorauit sed derisit paternam maledictionem incurrit, Gen. 9. Item ad Rubem dixit Iacob, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui quem inhonorasti maculando stratum eius. Gen. 49.

SE X T O, Honorare debemus parētes ut durum iudicium diuinum fugiamus & ultionem, quam etiam non honorantibus in præsentī Deus præparauit. Ideo præcepit Dominus Moyſi, si genuerit quis filium contumacem & contumeliosum lapidibus obruet ipsum populus. Deuteron. 21. Reddidit Deus Amalec quod fecerat contra patrem suum. Iudic. 9. Item Absalon pessimè perit propter persecutionē patris, 2. Reg. 18. Item duo filij Senacherib. occiderunt eum propter regnum, sed neuter eorum regnum habuit, qui debebant habere hæreditatem patris. quarto Regum 7.

CAP. 58.

Humiliari debet homo,

1. In petitione diuinorum.
2. In famulatione dominorum.
3. In gubernatione subditorum.
4. In responsione iurgiorum.
5. In religione clericorum.
6. In exaltatione præmiorum.
7. In reprobatione iuniorum.
8. In deputacione laudatorum.
9. In remissione peccatorum.
10. In Christi successione exemplorum.

PRIMO

P R I M O, Humiliari debemus in oratione petendo & loquendo humiliter Deo & in eius nuntiis, & suis in omnibus seruire, Sic Abraham Deo humiliter loquebatur dicens: loquar ad domum meam cum sim puluis & cinis. Gen. 18. Gedeō etiam humiliter loquutus est Angelo misso à Deo, dicens familia mea minima est. Iudic. 18. Item destruente domino populum David, humiliter se excusando dixit, ego sum qui peccaui. 2. Reg. 24. Item magna humilitas fuit magorum qui procedentes adorauerunt Deum puerum vagientem Mat. 2. Item Centurio humiliando dixit Domine, non sum dignus vt intres sub tectam meam. Matt. 14. Mater filiorum Zebedei petitura pro filiis, accessit ad Iesum & humiliter adorauit. Matt. 20.

S E C V N D O, Humiliari debet se homo Dominis temporalib. & eis diligenter seruire & reuerenter respōdere, Ideo dixit Angelus ad Agar reuertere ad dominū tuum & humiliare sub manibus eius Gen. 16. multum se humiliter habuit David Saul Domino suo, quando debuit fieri gener eius. 1. Reg. 16. Similiter quando persequebatur eum: humiliavit se dicens, cur persequeris pulicem viuum aut canem mortuum persequeris. 1. Reg. 18. Miphiboseth accusatus à seruo iniuste hēreditatus à Domino loquebatur humiliter. 2. Reg. 9.

T E R T I O, Humiliter debēt prælati officiū suscipere, non se ambitiosē prælacioni ingerere, sed in officio se humiliter habere cum subditis conuersando, Ideo Moyses se in idoneum accusauit antequam ducatum populi vellet recipere, sed ad vltimum voluntate Dei iubente suscepit. Exo d. 3. Non debent prælati ex superbia negotia ex suo capite facere sed humiliter consilium quære subditorum, nam licet Moyses familiariter loqueretur cum Dominos, tamen consilium Iethro consulentis vtiliter non despexit. Exo. 18. Nō debent etiam prælatorū velle sibi suscipere, sed aliis humiliter partē dare, nā licet Moyses ducatum populi haberet, tamen tantū à domino obtinuit præcib. quod Olias secū veniret & ductorē populi secū haberet Nu. Debēt etiā prælati & alij refutare prælaciones, patet in Gedene qui licet esset electus in Dominū, noluit tamen in populum dominari. Iudic. 8.

Non debent etiã velle prelati saluari in foro & genu flexiones ante se suscipere, & adorari vt Deus, Nam Petrus quando adoraretur à Cornelio ait, num & ego sum sicut tu. Act. 10. Similiter Paulus & Barnabas Act. 14.

Q V A R T O, Humilis debet esse homo in respondendo, quia iuxta sapientiam sapientis mollis responsio frangit iram, & sermo durus excitat furorem. Nã quia Iacob loquens ad Esau, humiliter se habuit iram eius placauit. Gen. 33. Item si Roboam humiliter & benignè respondisset nequaquã de regno partes perdidisset 3. Reg. 12. Item princeps quinquagenarius tertius nõ est cõbustus ab igne quia humiliter est locutus Eliç. 4. Reg. 1. Itẽ quia humiliter mulier Cananea est locuta, & humiliter respõdit verbis Christi quę aspera videbantur, asserens se catulam de mensa domini cupiens aliquid obtinere, sanitatem filiç suæ impetrauit. Matt. 15. Item quærẽti Domino à Petro num diligeret eum plus aliis, respõdit Petrus humiliter tu seis domine quia amo te, & animam meam pono pro te, Ioannis 20.

Q V I N T O, Humiles debent esse religiosi plus aliis gẽtibus, exemplo primorum religiosorum, & hæremitarũ, scilicet noui & veteris testamenti scilicet Eliæ, Elisei, Ioannis baptistæ, patrum nostrorum, nam primo debent se humiliter & non superbe sentire, & se viles & humiles reputare sicut Ioannes, dicens non sum dignus vt solvam corrigiã calciamenti eius. Ioannis 1. Debent etiã humiliter & non pompose se induere, quia qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Matt. 2. Ioannis 3. De Elia dicitur quod erat præcinctus zona pellicea circa lũbos. 4. Reg. 1. Item debent humiliter & nõ lentè comedere nec de appolito murmurare cum filiis Israel in deserto dicentes, vtinam mortui essemus in terra Aegipti, i. in seculo quando sedebamus super ollas carniũ. Numeri. 11. Sed contenti visu tenui cum Ioanne, cuius erat cibus locusta & mel siluestre Matt. 3. Humiles debent etiam quærere vitam, ne ex superbia medicare erubescant quia Elias seruus Dei, à vidua Sareptana buccellam panis humiliter postulauit, 3. Reg. 17. Item debent humiliter habitare non in altis domibus, excelsis palatiis, sed in locis

locis solitariis & desertis, ideo dicitur quod Ioannes habitauit in deserto. Luc. 1.

S E X T O, Humiliantes se exaltantur à Deo, quia qui se humiliat exaltabitur, in cuius figura Saul ita erat humilis quod quærebat Asinas, & super regnum Israel fuit exaltatus à Domino. 1. Reg. 7. Gemeus Elisæus ad ripam Iordanis, prius percutiens aquas nihil dicens, & aquæ non sunt diuisa, quia superbè agebat: sed quando nomen Helix, postmodum humiliter inuocauit, & sic exaltatus est, quod habuerit duplicem gratiã prophetandi, & diuina miracula facere inchoauit. 4. Reg. 1. Item depressi filij Israel per Holofernem, humiliarunt se, & fuerunt exaltati. Iudith. 10. Petro dicenti exi à me, quia homo peccator sum, Christus promisit apostolatus officium. Luc. 5. Optimam regulam humilitatis, & eius exaltationis ostendit Christus dicens, Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco. &c. Luc. 14.

S E P T I M O, Humiliari debet se homo quantumcunque sit magnus, quia iuxta sapientiam Sapientis, quanto maiores, humilia te in omnibus. Ecclesiast. 3. Hinc est quod Hester regina abominabatur filiam superbiæ. Hest. 11. Dauid licet esset iam uactus in regem, tamen victualia fratribus suis differerebat humiliter. 1. Reg. 17. Ieremias ex utero vocatus propheta, dixit: ecce nescio loqui, quia puer ego sum, Ieremias. 1. Ioseph iustus & castus reputans se indignū coniugio virginis, uoluit enim occultè dimittere eam: Mat. 1. Maria tam venerabiliter salutata, & mater Domini nunciata, ait ecce ancilla Domini. Luc. 1.

O C T A U O, Humilis debet esse homo quãdo aliqua bona fecit, uel non velit in uentū uanæ gloriæ, uel ab hominibus laudari, nam Christus publicari sua miracula prohibuit: ut patet in leproso mundato. Mat. 8. & tribus cæcis. Mat. 9. & de muto sanato. Mat. 7. Ad fugiendum iactantiã & uanam gloriã, scilicet de bonis quæ agimus, & humilitatem habendam, multū ualeat exemplum de pharisæo & publicano orantibus in templo. Lucæ 18. Item Petrus humiliter miraculum de claudo sanato sibi attribuere noluit, sed attribuit Christo. Act. 3.

N O N O, Humilitas meretur indulgentiã peccatorū, nam
Achab

Achab nequissimus, audiens potentiam Domini temperavit. 3. Reg. 21. Roboam & eius principes, humiliati sunt & Dominus mutauit sententiam per prophetam Ezechias humiliatus est, propter quod non venit ira Dei, super eum 2. Paralip. 12. Nabugodonosor humiliatus recognouit statum suum, & ideo ad statum pristinum reductus est, Dauielis. 4. Item quia viri Niniuitæ sunt humiliati non est ciuitas eorum subuersa. Ionæ. 3. Item Magdalena, quia non ad caput sed ad pedes Christi accessit humiliter peccatorum suorum veniam impetrauit. Luc. 7.

DECIMO, Humilitatis exemplum à Christo debemus accipere, in triplici suo statu, scilicet, in iuuentute quia concipi voluit in parua ciuitate, scilicet, Nazareth de humili matre, natus est in humili loco reclinatus est in præsepio. Luc. 2. De humilitate Christi & eius vita pronunc dimitto, de hoc enim plena sunt Euangelia. De morte Christi notandum, quod fuit humilima, caruit enim quæ in superbis requiruntur nimirum, Affluentia terrenorum, lætitia animorum, sapientia mundanorum, fama que populorum, victoria aduersorum turbaque famulorum, numero amicorum, vestibus spoliatus, in carne vulneratus, insanus reputatus, in aduersis & rogatus, ab Apostolis seperatus, & à propriis accusatus, hæc autem omnia patent, in Euangelis, & ibi quarantur & illa inuenies, multum diffusè.

CAP. 59.

Iactatores solent alios despiciere.

- 1 *Detrahendo.*
- 2 *Pompis se ingerere extollendo.*
- 3 *Deum sic abicere obloquendo.*
- 4 *In factis deficere adicendo.*

PRIMO, Iactatores aliorum facta & personas despiciunt & seipso extollunt, Sic enim Gaal dixit, quis est Abimelech, & quis est Sichem, vt seruiamus ei, vt iam daret quis populum sub manu mea, quasi diceret ego magna facerè. Iudic. 9. Itè magna verba dixit Rapsaces ex parte Regis Assyriorum ad Regem Israel. 4. Reg. 18. Contra despi-

despicientes alios, & seiplos iactantes Dominus parabolam de publicano se accusante, & pharisæo se iactante, & alios deprimente. Luc. 18. Despiciebant Pharisæi cæcum & se extollentes dicebant, tu in peccatis es natus totus, & tu doces nos. Ioan. 9. Arroganter dixit Christo Pilatus, nescis quia potestatem habeo crucifigere te. &c. Ioan. 19.

SECUNDO, iactatores ex superbia in pompis magna loquuntur, sed de hoc sæpè de quibus iactari potest, tacet sicut Sampson qui interfecit Leonem, probitatem suam & fortitudinem parentibus noluit indicare. Iudic. 14. Stultum est iactare se de futuris, nam Adonyas eleuabatur dicens, ego regnabo, tamen postea non regnauit. 3. Reg. 1. Item Benadas Rex Syriæ pomposè est loquutus Regi Israel per nuncios suos, sed benè responsum est ei. 4. Reg. 10 Aman superbus pomposè iactauit se quod solus cum Regina pranderet, qui fuit postea suspendio deputatus. Hester. 5. Nabugodonosor autem ciuitatem perambulans dixit cum superbia, & pompe sitate nonne hæc est ciuitas quam ædificauit mihi Danielis. 8. Quantumcumque superbi humiliantur, & vincantur, tamen iactare non desinunt, sicut Antiochus turpiter fugatus, adhuc turpiter & superbè se iactabat. 1. Machab.

TERTIO, iactatores non solum super homines se extollunt, sed etiã supra Deum, vide de Nabugodonosor dicitur, quod dicebat in corde suo quis est Deus magnus super omnem terram, sicut ego. Dan. 8. Item dixit Danieli & sociis eius, quis eripiet vos de manu mea. Dan. 8. Itẽ dicentib⁹ iudæis est potens Deus in cœlis qui iussit celebrare sabbathũ, & ego, dixit Nicanor potens in terra qui iubeo sumere arma. 2. Machab. 15. Qui se iactat, mentiuntur & imitantur diabo. ũ q se iactauit oĩa possidere dicens Christo hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Mat. 4.

QUARTO, iactatores multa dicunt, & pauca faciunt, iuxta illud poeticum, *Sæpe parũ faciunt homines qui multa loquuntur*, Ita quod pluri in talibus confunduntur, sicut Golyas ad singulare certamẽ, qui fuit à paruo puero superatus. 1. Reg. 17. Holofernes iactauit se corã Achior, quod ipse occideret eum, & filios Israel superaret, qui fuit à muliere turpissimè interfectus Iudith. 10. Iactabat se ille qui dicebat, faciã mihi nomẽ & debellabo Iudam, & ipse fuit postea

postea ab ipso debellatus 1. Machab. 12. Demetrius superba verba & iactantia misit ad Ionatam sed ei malè successit. 1. Maca. 11. Nicanor iactanter se dedit, sed ipse succumbens in prælio victus fuit. 2. Macab. 8. Petrus iactanter se obtulit cum Christo mori, qui postea ad vocem vnus ancillæ ipsum negauit. Matt. 26.

C A P. 60.

Idolatrare autem facit hominem.

- 1 *Timiditas & absentia prælatorum.*
- 2 *Caliditas, & adhærentia lasciuorum.*
- 3 *Auiditas & complacentia sociorum.*
- 4 *Tumiditas & extollentia superborum.*
- 5 *Iniquitas & conscientia reproborum.*

PRIMO, Idolatrare facit aliquem populum pusillanimitas & absentia prælatorum, Nam videns populus quod moram faceret Moyses manens in monte cum Domino nec esset cum eis, dixerunt ad Aaron fac nobis Deos qui præcedant nos qui existens pusillanimus & timens insultus populi, fecit eis vitulum conflatilem, quem ipsi postea adorauerunt. Exod. 32. Mortuo Iosue filij Israel fecerunt malum, contra dominum Deum patrem eorum & idolis seruiuerunt. Iudicum. 2.

SECONDÒ, Idolatrare facit luxuria & immodica concupiscentia mulierum; nam fornicatus est populus Israel, cum filiabus Moab quæ vocauerunt eos ad sacrificia, & illi adorauerunt idola & de eorum sacrificiis comederunt. Nu. 25. Item cum esset senex Salomō deprauatum est cor eius per mulieres ita vt sequeretur Deos alienos, nec perfectum erat cor eius coram Domino. 3. Regum. 11.

TERTIO, Idolatrare facit societas mala vel malum exemplū aliorum nam non sufficit Achab in peccatis ambulare Ieroboam, sed etiam seruiuit Baal & adorauit eum 3. Reg 17. translati sunt filij Israel, & colletate sunt gentes diuersæ in charitatibus sanis, & vnusquisque fecit dominum suum & illum colebat & diis alienis secundum consuetudinem gentium seruebat 4. Reg. 17.

QUARTO,

Q V A R T O, Idolatrare facit homines sua superbia quia se reputant æquales vel maiores, Holofernes contra Achior indignatus qui commendabat potentiam Dei, f. Hæbreorum dixit se ostensurum quod non esset Deus nisi Nabugodonosor Iudith. 3. Item Darius rex Persarum præcepit ne quis peteret aliquid ab aliquo Deo quam à se, qui se Deum ostenderet præpotentem Danielis 6. Item Nabugodonosor rex fecit statuam auream & ex superbia sua præcepit vt omnes adorarent eam. Danielis 3.

Q V I N T O, Idolatrare facit homines propria malitia & peruersitas. Nam sicut fecit Ieroboam, cogitatu & malicia fieri Deos alienos vel aureos, & illos pro Deo fecit adorari. 3. Re. 12. Edificauerunt filij Iuda super colles, & subtus arbores aras & statuas Idolorum. 4. Reg. 14. Confusus Semnacherib reuersus in Ninie occisus est à filiis suis, cum ex propria malicia in templo Idola fecit adorari. 4. Reg. 10. Manasses rex Iuda, ex malitia propria Baal & omnem militiam cæli adorauit, 4. Reg. 21. Anthiochus fecit ædificari aras & Idola & carnes porcinas comedere & ex malicia adorari. 1. Machab. 1. Babiloni prius adorauerunt Idolum, post eius subuersionem adorauerunt draconem. Danielis. 14. Manente Paulo Athenis incitabatur spiritus eius, videns ciuitatē deditā, ex malitia culturę Idolatrię in quo mouemur de iniuria Dei esse dolendum. Act. 17.

CAP 61.

Impatientes sunt,

- 1 *Subiacentes correctionibus dominorum.*
- 2 *Seruientes crapulationibus gulosorum.*
- 3 *Inuidentes consolationibus aliorum.*
- 4 *Irascentes impulsionebus aduersorum.*
- 5 *Nescientes instructionibus peritorum.*
- 6 *Excellentes ad inuentionibus sublimorum.*

P R I M O, Impatiētes sunt serui & subditi in correctio-
 ne Dominorum, Sic Agar ancilla ſanam non ferens
 correctionem dominæ ſuæ recessit ab ea impatiens, ſed
 ad monitionem angeli eſt reuerſa, Gen. 21. Item propoſi-
 ti filiorum Iſrael, dixerunt ad Moyſem iudicet Deus in-
 ter te & nos. Exod. 5. Item filij Iſrael dixerūt impatientes
 & irronicè Moyſi nunquid non erāt ſepulchra in Ægy-
 pto. Exo. 22. Item videns populus, quod morā traheret
 Moyſes, & nullus poſſet eos ex verbis Domini inſtruere
 impatientes dixerunt ad Aaron, fac nobis Deos qui præ-
 cedant nos. Exod. 32. Ancilla filiæ Baguelis impatienter
 ferēs increpationem eius valdè cōtumelioſè reſpondit,
 Tobia. 3.

S E C U N D O, Impatientes & murmurantes homines
 gulofi, non volentes pati aliquem defectum eſcæ nec po-
 tus ſicut fuerunt filij Iſrael, dicētes Moyſi, da nobis aquā
 Num. 20. Gulofi multa habentes etiam murmurare non
 deſiſtunt, ſicut filij Iſrael habentes mannam, adhuc mur-
 murabant præ auiditate. Numeri 41. Item recordaban-
 tur filij Iſrael carniū de Ægypto, ſed de dimiſſa ſeruitu-
 te non faciebant mentionem à qua fuerāt diuino adiu-
 torio liberati. Exod. 16. Item propter defectum potus &
 fructuum ad aquas contradictionis murmurare cape-
 runt. Numero. 20.

T E R T I O, Impatientes ſunt & murmurantes homi-
 nes inuidi, de aliena ſclicitate & bono, quod multum
 diſplicet Deo, Ideo propter murmur contra Aaron &
 Dominum ex inuidia, egreſſus eſt ignis à domino, &
 deuorauit eos. Nume. 16. Item poſt terribilem mortem
 Chore & complicum eius ad hunc populum murmu-
 rauit. Nume. 16. diſcumbente Domino in domo Phari-
 ſei, inuidi murmurare ceperunt, quod cum peccatori-
 bus manducaret. Luc. 19. Simile fecerunt in domo Za-
 chei principis. Item operarij murmurabant aduerſus
 patrem familias, quia laborantibus nouiſſimis, tantua-
 dem largitus eſt, ſicut & primis. Matt. 20. Item frater fi-
 lij prodigi inuidens feſto fratri indignatus eo nolebat
 introire, Lucæ. 15. Item principes ſacerdotum audientes
 pueros clamantes indignati ſunt cōtra Chriſtum. Lu. 19.

Q U A R T O, Impatiētes & murmurantes ſunt hoīes
 iracundi

iracundi, qui nesciunt aliquid portare patienter, & alij impatientes sunt, ad damnum eorum, vt Arochitofel laqueo se suspendit. 2. Reg. 18. Item quia durè locuti sunt, filij Iuda decem tribubus iratæ sunt, & recesserunt ab eis. 3. Reg. 10. Item Græci qui videbant viduas suas in quotidiano ministerio occupari impatientes contra Hebræos, murmurare cæperunt. Act. 6.

Q V I N T O, Impatientes sunt alij multi quando instruuntur & docentur imò frequenter, veiamento malitiæ & nequitia obtenebrati, documento veritatis illuminari malitiosè recusant, sic vxor Tobia cum instrueretur ab eo, ne fortè impatienter cõmendaret, murmurantes fiunt dum superantur ab ostendentibus veritatem, sic Elyphaz cõiunctus ad Iob, plura signa impatientia demonstravit. Iob. 22. Item quia Eleazarus, in veritate instruebat eos qui cum dilexerant in impatientiam sunt conuersi. 2. Mach. 6. Audientes Iudæi verba Stephani dissecabantur cordibus suis. Act. 7.

S E X T O, Impatientes sunt homines superbi qui audire nolunt verba quæ eorum excellentia opponuntur, nam cum cessasset loqui Achior Holofernes impatienter tulit. Iudith. 5. Item Nabugodonosor audiens quod tres pueri nolebãt eius statuam adorare quã superbè crexerat, in ira & furore deuulsus impatiens, iussit eos in fornacem ignis mitti. Dan. 3. Item Herodes audiens Christum natum in Bethleem propter superbiam dominandi, impatiens factus, pueros & innocentes occidi fecit. Mat. 2.

C A P. 61.

Ingrati sunt homines.

- 1 De beneficijs largienti spontè.
- 2 Veris seruicij relucenti fronte.
- 3 De magnis periculis eruenti sanctè.
- 4 In amicitijs non vinenti rectè.

P R I M O, Ingrati sunt homines de beneficijs acceptis, non recordando vel reddendo, sicut filij Israel crepti à

b Domino

domino de seruitute Ægypti fecerunt vitulum aureum, ipsum vt Deum adorantes. Exo. 32. Cito oblitus sunt beneficiorum Dei Israel, qui nauseam habebant de manna, & murmurabant. Nu. 11. Reprehendit Angelus Iudæos ingratos, diuina beneficia ad memoriã reducendo. Iudic. 2. Sublimauit dominus Ieroboã super decem tribus, & ille abstulit populo Dei cultũ, quia Amasias superauerat hostes diuino adiutorio & tamen postea, idola adorauit. 2. Paralip 25. Conquerendo dixit dominus de populo ingratos filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me Isai. 1. Item Dominus recirauit & parabolã de ingratis interficientibus dominum vineæ, & eius seruos Pharisæis eorum ostendendo ingratitudinem, Matt 21.

SECVNDO, Ingrati sunt homines, hominibus fideliter eis inservientibus in quocunq; seruitio scilicet oris sagaci responsione, & operis executione, Sic ingratus fuit præpositus pincernarum pharaonis Ioseph qui succedentibus prosperis suis interpretationibus, oblitus est Ioseph. Gen. 39. Item Laban multotiẽs voluit fallere Iacob ei fideliter seruientem Gen. 31. Multa seruitia recepit Saul à Dauid, & tamen eum occidere nitebatur. 1. Reg 17. 18. Item valde ingratus fuit Dauid Vriã, sibi fidelis, cui tradidit literas suæ mortis. 2. Reg. 11.

TERTIO, Ingratus est homo homini eum liberanti de magno periculo, immo multotiẽs tales liberati volunt suos liberatores destruere, nam Dauid saluauit habitatores de Zila, & ipsi eum in manibus Saulis tradere voluerunt, 1. Reg. 23. postquam Dauid pepercit Absaloni fratricidium & eum exilio liberauit, fuit eum Absalon grauitèr persecutus. 2. Reg. 15. Item misit Ionatas nuntios qui liberauerunt deuinctum qui postea vexauit eum. primo Machabeorum 11. Dominus vineæ pepercit persequentibus seruos qui postea occiderunt eius filium, Matth. 21. Item ingrati multum fuerunt nouem leprosi qui de decem curatis à lepra, non fuit qui daret gloriam Dei nisi vnus alienigena, Luc. 17. Questores ingrati, de liberatione puellæ, scilicet à Demone qui postea fuerunt Paulum grauitèr persecuti. Act. 10.

QUARTO, Ingratus est homo amicis honorantibus, &

eum, & ex toto corde diligentibus eum retribuendo contrarium, Sic filij Amon pro honore à seruis David, ad eos amicabiliter destinatis pro honore vituperium reddiderunt. 2. Reg. 10. Item valde ingratus fuit David, amicitie Ionathæ, quando filios hæreditate pertraxit iniuste. 2. Reg. 16. Item non est recordatus Iosabab rex Iuda, misericordie & amicitie, quam ad eum Iosaba habuerat, quando filium eius Zachariã interfecit. 2. Paralip. 24.

CAP. 63.

Inimicitia aliquando.

- 1 *Iniquitate acquiritur precedente.*
- 2 *Auiditate inquiritur appetente.*
- 3 *Malignitate perquiritur invidente.*
- 4 *Carnalitate exquiritur inuadente.*
- 5 *Authoritate concipitur arguente.*
- 6 *Cum pietate dimittitur paciente.*
- 7 *Si prompte deicitur nunc lente.*

PRIMO, Inimicitias permittit Deus fieri propter peccata, peccatum enim est causa inimicitiarum, In cuius figura statim post peccatum primorum parentum posuit Deus inimicitias, inter mu ierem & serpentem; & in vtriusque semen Gen. 3. Tres inimicos suscitauit Deus Salomoni scilicet Hadad, Raason, & Ieroboã; 3. Reg. 11. Cũ filij Israel peccassent corã domino, insurrexerunt inimicorum. Iudicum. 10. Item iudæis peccantibus, Holofernes obfessit eos, sed ipsis pœitentib. mirabiliter sunt liberati. Iudith per totum. Item occasione peccati diabolus dicitur noster inimicus, de quo dicitur dilige inimicum tuũ & odio habebis inimicum tuum, Mat. 5.

SECONDÒ, Inimicitie ex cupiditate rerum oriuntur, nam ideo inter pastores Abraham & Loth factæ sunt inimicitie propter multam substantiam vtriusque Genesis decimotertio. Item iniuriati sunt pastores Gethsare cum pastoribus Isaac, eo, scilicet locupletato

ideo appellauit nomen loci illius Puteus minuciliarum. Gen. 27. Oderat Esau Iacob propter hæreditatem, ideo dixit venient dies luctus patris mei, & interficiam Iacob. 27.

TERTIO, Inimicitie oriuntur ex odio, & aliquando ex inuidia, nam videntes fratres Ioseph quod à patre ceteris plus amaretur, oderant eum, nec poterat ei quicquam pacifice loqui. Gen. 39. Ægyptij oderant filios Israel & affligebant eos quia creuerant, & multiplicati erant valde. Exodi. 13. Videns Saul quod prudenter ageret, & quod populus eum diligeret, factus est eius inimicus. 1. Reg. 18.

QUARTO, Inimicitia magna surgit, ex luxuria, nam propter deflorationem Dinæ, facta est inimicitia inter filios Iacob & Sichem, & patrem eius Gen. 34. Apud Sampsonē fundebat vxor eius lacrimas, & propter eam ablatam, factus est omnibus inimicus. Iudic. 14. Item propter vxorem Leuitæ facta est inimicitia magna, inter filios Israel & filios Beniamin. Iudicum. 2. Iudicio Dei fit vt post carnalem amorem sequatur odium, quod patet in amore Thamar. 2. Reg. 13.

QUINTO, Inimicitia & odium generatur, cum mali à bonis reprehenduntur de eorum malis operibus, nam cum Helyas, reprehenderet Achab propinquū morte dixit Achab Helyæ nunc inuenisti vide inimicū tuum, Item de Michæa dixit Achab ad Iosaphat ego odi eum, quia non prophetauit mihi nisi malum licet veritatem diceret. 3. Reg. 22.

SEXTO, Inimicitias debet homo fugere & quantum potest se cum inimico reconcilari, vt cito pacem inueniat non debet eum nimis offendere. Nam Iepre pacificatus, cum Galathidis, qui eum expugnauerant, & pugnauit pro eis. Iudicum. 11. Nolebat David nimis offendere inimicos quando duos latrones fecit occidi, qui ei caput obtulerant Isboseth. 2. Reg. 4. Cognouit Simon quod Triphon in dolo quærebat argentum, & dedit pueros ne fieret inimicitia in populo. 1. Mach. 12. Reprehendendi sunt qui volunt facere pacem cum inimicis suis, tamen propter mortem Christi amici facti sunt Herodes & Pilatus, qui prius fuerant inimici. Luc. 22.

S E P T I M O, Inimicis deuictis debet homo Deo gratias referre, in cuius figura Thei rex, audiens quod Dauid humiliasset victoria Adadezer misit ad eum filium suum, & gratias egit ei. 2. Regum. 8. Amputato capite Holofernis, dixit Iudith filiis Israel, Laudate Dominum qui interfecit inimicum nostrum. Iudith. 13. Liberatis filiis Israel ex Ægypto, dixit Moyses, Cantemus Domino gloriose. Exodi. 15. Item Raguel & Anna, laudauerunt Dominum, qui eis excluserat inimicum. Tob. 8. Machabæi obtenta victoria, in Hymnis & confessionibus, laudabant & benedicebant Deum. 1. Machab. 4.

C A P. 64.

Intentio hominum bona.

- 1 *Facit exterminari quod obfuerit.*
- 2 *Opus acceptari si differunt.*
- 3 *Habet occultari si latuerit.*
- 4 *Nequit iudicari quantum voluerit, & debet & Deo regulari.*

P R I M O, Intentio bona ponit finem operi, & iudicat quantum operatio valeat, nam opus de se non iudicat sed intentio, quia una & eadem operatio facta, à diuersis intentionibus, effectum vitij vel virtutis, facit, nam Cain occidit Abel, & peccauit, qui ex inuidia processit. Gen. 4. Item Dauid interfecit Golyam. & non peccauit, sed meruit, quia ex iustitia & intentione defendendit populum. 1. Regum. 17. Item Abraham & Sarra riserunt in promissione filij, & tamen risus Abradz, fuit commendabilis & virtuosus, quia ex securitate & lætitia, Saræ vero reprehensibilis, quia ex incredulitate processit. Gen. 17. 18. Pharao dixit peccaui, & Iudas etiam dixit peccaui, & tamen veniam non meruerunt. Dauid dixit peccaui, & Deus pepercit sibi, quia rectam intentionem habuit. Exodi nono. & secundo Regum. duodecimo Non solum idem opus factum à diuersis intentionibus, est virtus &

vitium, sed factum ab eadem intentione; nam Moyses se dixit idem quod David exorauit & meruit, & idem dixit postea excitans, & pœnam habuit.

S E C V N D O, Multorum intentio quæ habita fuit à turbis in se loquendo de Christo, referebat multum ad sequelam, ad vitia, & virtutes, nam quidam sequebantur eum, vt nequiter obseruarent, & caperent eum in sermone, & hî grauitè peccabant. Luc. 14. Quidam sequebantur eum, vt de panibus sanarentur, & hî non peccabant, nec merebantur, alij sequebantur vt audirent verbum eius, & ab eo ædificarentur. Luc. 5. Et isti merebantur, & similiter qui eum sequebantur, vt à languoribus curarentur. Ioannis. 6. Diuersitas etiã intentionis est videndi Christum, nam Zacheum fecit mereri, videndo eum in introitu domus suæ, & Herodem non mereri, habere responsionem à Christo. Luc. 19. & 22. Intentio & voluntas reputatur pro facto, si possibilitas operandi non affuerit, ideo commendauit Dominus bonam intentionem & voluntatem David de templo ædificando, licet ipse noluerit quod ædificaretur per eum. 2. Regum. 7. Herodis intentio quando occidit pueros fuit occidere Christum, licet non potuerit, ideo Christicida vocatur, nam sic peccauit ac si occidisset eum. Mat. 2. sine causa non dixit Christus qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est in corde suo.

T E R T I O, Intentio cælat ab opere, nã est opus ab intentione, nam David misit ad Vriam vt veniret & requiesceret, nō vt quiesceret sed vt peccatū suū occultaret. 2. Reg. 11. Item ornauit se Iudith, vt solent lasciuæ mulieres se ornare, quæ enim ornatio includit peccatū, sed nō ea, quia nō ex libidine, sed ex virtuosa intentione latenter fecit. Iudith. 10. Herodis intentio erat, vt occideret Christū, & sub pallio adorationis, hoc malignissimè abscondit.

Q V A R T O, Intentio hominis in ijs quæ aguntur non potest nec debet de facili iudicari, vt scilicet, sit bona vel mala, maximè in ambiguis, ideo debet homo intentionem suam talis operis in bonam partem conuertere, Nam filij Ruben & Gad ædificabant altare in bona intentione.

entione, quod filij Israel in oppositum conuertebant, Iosue. 22. Item quia Mardocheus non adorabat Aman, credebatur ipse Aman, quod faceret ex contemptu quia noluit reuerentiam ei exhibere, & hoc benè faciebat. Hester. 3. Prohibuit Dominus duobus cæcis illuminari ab eo, quod nulli dicerent, sed hoc diuulgatum per totam terram, nec tamen arguuntur, de transgressione præcepti, quia optima intentione fecerunt. Mat. 9.

QUINTO, Intentionis habendæ in opere, Christus regulam dedit, scilicet, quam intentionem, homo debet habere faciendo bona, vel mala dimittendo, quia omnia intentionaliter debent referri ad Deum, ideo dixit beati eritis propter nomen meum. Mat. 5. & Luc. 6. Eleemosinam dare, ieiunare, & orare, præcepit Dominus, non intentione placendi homini, sed Deo, qui videt in abscondito, & iuste remunerat operantem. Mat. 5. & 7.

CAP. 65.

Inuidia hominum aliquando.

- 1 Mortis doloribus dat occasionem.
- 2 Summis honoribus minorationem.
- 3 Sine doctoribus indignationem.
- 4 Detractoribus allocutionem.
- 5 Propinquieribus perturbationem.
- 6 Operationibus retrocessionem.

PRIMO, Inuidia dat occasionem spiritualis & corporalis mortis, nam inuidia diaboli, intrauit mors in orbem, scilicet, ex hoc quia videns diabolus hominem esse in fœlici statu, & ad illum locum posse ascendere, unde ipse cecidit, multum doluit, tentauit, & vicit, & vtriusque mortis sententiam homo tunc accepit. Genesis tertio. Item Cain motus inuidia, occidit fratrem suum Abel quia vidit eius munera, a Deo acceptari. Gen. 4.

SECUNDO, Inuidia caret sola miseria, quando ex inuidia, sed potius in dominis & honoribus videtur inuidus

concupiscens eorum minorare diuitias & honores, nam quia dominus benedixit Isaac, & multiplicatus est, ob hoc inuidebant ei Palestini. Gen. 26. Item propter honorem quem dabant mulieres David cantantes, percussit Saul mille, & David decem millia, cœpit Saul perire qui David innocenrem. 1. Reg. 18. Item videntes Satrapæ & principes, quod Daniel eos excelleret in honoribus contra eum moti inuidia, quærebant eum occidere. Danielis 6. Item principes Sacerdotum videntes Christum honorari à pueris Osanna clamantibus & videntes eius mirabilia magna, indignati sunt contra eum, inuidia, Matt. 21. & Luc. 19. audientes Pharisei & Pontifices Lazarum resuscitatum, & turbam sequi Christum, moti inuidia, consilium fecerunt. Ioan. 11.

TERTIO, Inuidetur Sapientibus, & docentibus bona, ab aliis qui nesciunt bona docere, nam videns Architectofel quod doctrina Chusai & consilium eius, suæ doctrinæ & consilio prævaleret, motus inuidia Laqueo se suspendit. 2. Reg. 17. Item Petro & Ioanne, instruuntibus & docentibus populum, sacerdotes dolebant nec ipsum populum docere volebant. Act. 4. Audientes Iudæi verba sapientiæ & doctrinæ quæ Stephanus loquebatur, discabantur cordibus, & stridebant dentibus in eum. Act. 7. Iudæi repleti sunt zelo conuenientes in vnum, vt Paulum & Barnabam docentes audirent. Act. 12.

QUARTO, Iudæi non valentes se aliter faciare, nec valentes deservire illos quibus inuidet, saltem, vltimate, murmurantes detrahunt velut canes latrantes cum aliis aliter nocere non possunt, sicut Alchiuius proditoriè coram Demetrio ex inuidia detrahebat. 2. Mach. 24.

QUINTO, Inuidia non patitur amicis & propinquis, quando eis inuidet, nam Rachel sterilis sorori suæ Lyæ fecundæ inuidit. Gen. 34. Item fratres Ioseph inuidebant ei quod à patre cunctis plus amaretur. Gen. 37. Item Maria soror Moyfi & Aaron frater eius contra Moysem inuidia moti sunt. Numeri 12. Item frater filij prodigi, fratrem suum videns à patre recipi cum honore, indignatus nolebat introire. Luc. 15. Discipuli Christi, qui erant spiritual es fratres iuxta illud, omnes vos fratres estis. Mat. 23. Audientes Iacobum & Ioanem sedere velle ad dexteram Christi

Christi fuerunt ex inuidia indignati. Mat. 24.

S E X T O, Inuidi nituntur impedire bona, quæ vident aliis facere, ideo sunt impediētes operadores bonorum, quos multi deuexant, corde optimo operantes, ideo ædificantibus templum, filij Israel post reditum de Babyloica seruitute, iis inuidentes eos multipliciter vexauerunt.

S E P T I M O, Inuidia est talis, quòd boni viri debent eam fugere: quantumcunque ab ea stimulentur, nam cum duo viri prophetarent in castris Iosue, & quod eis inuidens, quia mos est discipulorum, aliorum magistrorum, inuidere discipulis dixit Moyses, Domine mi, prohibe me, &c. Cui Moyses respòdit, quid emularis sic, quod nec ex hoc ad inuidiam prophetantium potuit eius verbis iudici, eo, quia desiderabat quemlibet de populo propheterare. Numeri 11. Item fugit Ioannes Baptista inuidia quando Christum baptizabat, & cum etiam sequeretur eum, Respondit in hoc gaudium meum impletum est, &c.

CAP. 66.

Hypocritæ & simulatores.

- 1 *Gentes decipiunt bona simulantes.*
- 2 *Gentes accipiunt fronte declinantes.*
- 3 *Gentes suscipiunt mortem comminantes.*

P R I M O, Hypocritæ intendunt ad aliquam deceptionem inferre cum simulatoribus, sicut Amon simulauit languorem, vt sororem suam Thamar ad se venire faceret, & eam deciperet, & opprimeret violenter. 2. Reg. 13. Item Giezi simulauit dominum suum vestibus indigere, vt Naaman deciperet & acciperet vestimenta. 4. Regum 5. Pharizæi verba placita Saluatori dicebant, volentes eum capere in sermone. Mat. 22. Item Appollonius pacem simulauit vt Iudæis solemnizantibus Sabbathum &c. & eos decipiens arma sumpsit, & multos nequiter trucidauit. Hypochrytæ nõ solum homines, sed & Deum conantur decipere, Ideo Petrus non putauit Simonem magum

magnum acceptum Deo, eo quod cor Simonis non erat rectum. Act. 8.

SECUNDO, Hypocritæ accipiunt spinas, & detestantur eas facientes maiores, Ideo dixit dominus de illis quod erant extollentes & glurientes camelos, Matt. 23. Item Pharisei & Iudæi noluerunt introire prætorium Pilati vt non contaminarentur, tamen eadem die, non timuerunt Christum occidere. Ioan. 17. Item Archisynagogus volebat Sabbathum custodiri à populo, vt sanctitatem ostenderet, sed nõ timebat offendere Deum detrahendo ei, & populum ab opere subtrahendo. Luc. 23.

TERCIO, Hypocritę gentes suscipiunt mortem cõminantes, nam vxor Ieroboam quę de viri consilio mutato habitu se aliam simulabat, Achia propheta de mandato domini, multas maledictiones flagella simul cum morte viri nunciauit 3. Reg. 14. Quãuis diuina iustitia, vt scribitur Proverbiorum 8. Impiũ detestetur generaliter, tamen singulariter, vt infernalis hypocrisis cõminatur dicens vae vobis scribis & Phariseis. Mat. 23. Manifestam hypocrisim Ananiæ & Saphiræ primo arguit & increpando increpauit. Act. 5.

CAP. 67.

Irafcitur aliquando Deus.

- 1 Non adhaerentibus eius præceptis.
- 2 Deos collentibus aris erectis.
- 3 Laudes non agentibus pro receptis.
- 4 Se ingerentibus, rebus ineptis
- 5 Pro præsentibus partis subiunctis.

PRIMO, Irascitur contra delinquentes & inobedientes eius præceptis, Sed non solum ante omnia, secundum Augustinum. 15. de ciuitate Dei. Ira Dei est turbatio eius, sed iudiciũ, quia irrigatur pena peccati, etiam cogitationi contra eum inobedientes, & hoc modo iratus fuit, contra Moysen nolentẽ recipere ducatũ quẽ inuinxerat ei dominus, Exo. 4. Propter inobedienciã Moyſi

& populi iratus est dominus contra eū ad aquas contraditionis, vnde ipse dixit, iratus est mihi dominus propter me Deuteronom. 1. Contra Ægyptios nolentes obedire Deo, populum dimittendo, iratus est dominus, propter quod dicitur misisti irā tuam &c. Exod. 15. Item filij Israel quia non crediderunt Deo vel obedierunt sēpissime iram suam ostendit. Multum debent timere christiani iram Dei cum Artaxerxes paganus dixerit, omnia secundum legem Dei fiant ne forte ira Dei insurgat in nos.

S E C V N D O, Irascitur Deus idolatris erigētibus aras idolorum, nam iratus est dominus Salomoni eo quod auersa esset mens eius à domino, quia Deos alienos adorauerat 3. Regum. 11. Itē propter peccatum idolatriæ iratus est dominus contra Israel, & tradidit eos in manu Azaelis 4. Regum. 8. Per auguriam & idolatriam irritauerunt Deum filij Israel, & Deus iratus est eis 4. Regum. 14. Item Ioas & principes eius, seruierunt sculptilibus & facta est ira Dei super eos, 2. Paralip. 1. Increduli quasi idolatræ reputantur super quos descendit ira Dei, nam qui credit in filium Dei, habet vitam æternam, qui autem increduli ira Dei manet super eum. 1. Ioannis. 3.

T E R T I O, Irascitur Deus, contra ingratos qui accepta beneficia non recognoscentes peiora malè congregāt, sicut iratus est Dominus contra Amasiā, qui diuino auxilio superauerat Idumeos & attulit Deos eorum & adorauit eos. 2. Paralip. 25. Sed & Ezechias non retribuit iuxta beneficia sed eleuauit cor suum contra Deum, & facta est ira Dei, super Iudam & Israel 2. Paralip. 23. Seruus nequam ingratus cui dominus tot, & tanta dimiserat noluit misereri conseruo suo, ideo iratus dominus tradidit eum tortoribus ad cruciandum. Matt. 16. Iudæis non cognoscentibus gratiam quam dominus fecerat eis, curando infirmos, eum obseruantibus si curaret in sabbatho, vt accusarent eum iratus est saluator super ciuitatem eorum. Matthei. Contra inimicos ingratos nolentes venire ad nuptias sed nūcios persequentes iratus Dominus occidit illos homicidas & ciuitates eorum succendit.

Q V A R T O, Irascitur dominus cōtra peccatores, diuersorū peccatorū consuetos, sicut iratus est cōtra populū Iuū & propter viciū gulę qui desiderio carniū estuabant

Num. 11. De gulosis etiam dicitur Comederunt & saturati sunt nimis & prouocauerunt Deum ad iram. Neemi. 4. Item propter peccatum murmurationis egressa est à Deo etiam plaga. Num. 16. Item propter peccatū luxuriæ iratus est dominus super populum suum fornicantē cum filiabus Moab. Nu. 35. Item iracundantes archam Dei indignè iram Dei experti sunt, Nam quia Osa indignè tetigit archam Dei iratus dominus percussit eum & mortuus est. 2. Reg. 6. Itē quia Iosaphat associauerat se cum Achab peccatore, dixit ei, iram Dei meruisti. 1. Paralip. 20. Item contra non loquentes recta, irascitur Dominus Sic iratus est contra Eliphaz & eius socios, quia cū Iob loquebantur non recta. Iob. 42. Multum timenda est ira Dei quam Deus ostēdit peccatorib. de qua dicitur, quia tunc dicens montibus cadite super nos &c. Matt. 16.

QUINTO, Iram Dei debēt auertere à populo prælati, scilicet orationibus sacrificiis & obsecrationibus, sicut fecit Moyses; Domine quare irasceris furor tuus super populum tuum, Exod. 32. Occasioneturbaro domino Moyses & Aaron orauerunt dicentes, Deus spirituum illo peccante populo contra omnes ira tua deseruiet. Nu. 16. Propter hanc causam constituit Iosaphat rex Iuda, Iudices & principes & prælatos temporales & spirituales dicens eis, dicite populo ne peccent, ne ira Dei veniat super illos. 4. Reg. 2.

CAP. 68.

Irascuntur prælati contra subditos.

- 1 *Dei mandata non implentes.*
- 2 *Inordinata vita viuentes.*
- 3 *Cum obstinata mente degentes.*
- 4 *Vt perpetrata sunt punientes.*

PRIMO, Irascuntur cōtra inobediētes præceptis Dei, vel mandata ecclesiæ non custodientes. Sed sciendum

dum est quod ira est per zelum irasci contra vitia & nō contra homines, & ideo meritoria, quia secundum Augustinū sic diligendi sunt homines, vt errores eorū non diligantur. Aliud est enim amare eo quod sunt, & ea odif se quæ faciunt, Sic Moyses præcepit populo quod nullus vsque mane seruaret manna & quibusdam seruantibus statim verribus scaturiit, Exod. 17. Eliseus iratus est contra Ioas eo quod percusserat terram sagitta, sicut ei à Domino fuerat præceptum. 4. Reg. 13.

SECUNDO. Irascuntur boni viri maxime prælati qui vident inordinatè viuentes & relinquentes ordinationes, & ceremonias ordinatas, sic Moyses videns populum inordinatè viuentem & vitulum adorantem iratus proiecit tabulas & confregit vitulum. Exo nota etiam de hoc Leuitici decimo.

TERCIO. Irascuntur boni viri contra obstinatos in malum qui nec admonitionibus nec exhortationibus corriguntur, Sic Moyses videns obstinationem & rebellionem, Chore & complicum eius iratus est & nihilominus pro eis orauit. Numero 16. Item confidens Ionathas hostiam tam nequissimam patris sui iratus est, & surrexit. 1. Regum. Respexit dominus in ira obstinatos Iudæos qui obseruabant eum si curaret in sabbato. Matt. vigesimo octauo.

QUARTO, Irascuntur iudices boni, vt malos puniant, Nam secundum Chrysostomum, tolle iram, docti ha non sufficit, iudicia non procedunt, in iustitia mali non corriguntur. sicut autem David audita parabola iratus aduersus hominem dixit viuit dominus quia homo mortis est iste. 2. Regum 12. Neemias propter vsuras quas exercebant obstinati, iratus incepauit eos. Neemia. 5. Audita ab Hester quærimonia de Amon Rex Assuerus de conuicio surrexit iratus. Hester 6.

- 1 *Innocentis felicitatem.*
- 2 *Operantis aequalitatem.*
- 3 *Possidentis fertilitatem.*
- 4 *Informantis per veritatem.*
- 5 *Illudentis per pietatem.*

PRIMO, Irascuntur invidi, ex sola invidia sicut fuit iratus Cain contra Abel fratrem suum Gen.4. Audiens Saul commendari David, iratus est & displicuit ei sermo. 1. Reg.19. Invidi etiam irascuntur, contra excusantes illum, cui invidetur, nam Ionathas excusans David iratus est Saul in iurgio contra eum. 1. Reg 20. Item cum audisset Sarabathach quod murus Ierusalem ædificaretur ex invidia est iratus. Neemię 4. Item audiens Antiochus prælia & victorias Iudæ Machabæi iratus est. primo. Machabæorum 3.

SECONDÒ, Irascuntur invidi & mali contra bonos, quando non possunt eos ad malum deducere, vel à bono retrahere, sic iratus est Balach quando voluit maledicere populo Dei. Num. 24. Irati sunt Magistratus Holofernis contra Achior, quia eum à laude Dei Hæbreorum retrahere non valebant. Iudith. 5. Elisæus Buzites iratus est contra Iob iustum, se verum dicentem esse Iob. 11. Gentes iratae sunt quia filios Israel, in ædificio impedire non valebant ne ædificarent. 2. Machab. 5. Mali audientes constantiam Eleazari in iran conuersi sunt contra eum. 2. Machab. 6. Post constantiam septem fratrum, accensus est Antiochus ira magna, 2. Machab. 19.

QUARTO, Irascuntur Tyranni superbi contra subditos, inuenientes causam & si non inueniunt, non solum subditos, sed etiam alios spoliant, & occidunt, sicut iniuste iratus est Achab, contra Naboth, ut vineam eius auferret, & eum in ultè faceret occidi lapidari. 3. Reg. 21. Item Sennacherib, fugiens propter plagam quam ei intulerat Deus Iudæos occidit. Tob. Holofernes exarsit in ira magna audiens quod Iudæi defendere se præparabant. Iudith. quinto. Iratus Aman contra Mardocheum, & ex hoc

Iudæis quærens occasionem nocendi, eo quod ei diuinos honores non exhibebant. Hester. 3. Item Nabugodonosor in ira magna præcepit petire sapientes, quia nescierunt secretum suum reuelare, Item Nabugodonosor ira & furore repletus iussit sibi tres pueros representari, & in fornace mitti. Danielis tertio. Item videns Antiochus quia non potuit expugnare Persepolim iratus est. secundo. Machab. 4.

QVARTO, Irascuntur mali, contra instruentes reprehendentes & consulentes rectè, sicut post salubre consilium Elisæi, datum Naamam, iratus est quarto. Regum quarto. Ozyas iratus est contra Sacerdotes & minabatur eis quia eum reprehendebant, eo quod adoleret incensum. 2. Paralip. 26. Item dicente Tobia, vide ne furcius sit Hedus, vxor eius irata est. Tob. 2. Principes Iuda contra Ieremiam prædicantem veritatem irati eum in carcerem posuerunt. Ieremiæ. 38. Item respondente Christo veritatem de scriptura, repleti sunt omnes ira qui erant in Synagoga. Luc. 7.

QVINTO, Irascuntur homines videntes vel credentes decipi vel illudi sicut irati sunt viri de Effraim, quia Amasias eos de exercitu superauerat. secundo Paralip. 25. Item Ionas credens se decipi, quia Ninua non erat subuersa inderefrenatione iratus est. Ionæ. 4. Herodes videns quia illusus esset à Magis, iratus est valdè & occidit omnes pueros. Mat. 2.

C A P. 70.

Iudicium Dei occultum facit

- 1 Bonum eligere de intentionibus.
- 2 Pœnas addiscere sese diligentibus.
- 3 Magna subijcere dare regnantibus.
- 4 Posse deficere stare credentibus.

5 Mala

5 *Mala reijcere male agentibus.*

6 *Nil posse dicere quid, de latentibus.*

PRIMO, iudicio Dei occulto, fit vt fiant, quandoque æqua quæ nobis videntur malè finita, vt me aliud bonum, magnæ utilitatis eliciatur quod tunc non potuit nobis esse manifestum, nam Deus videt hominem peccaturum, & factus est ab eo peccabilis, tum potuisset eum fecisse impeccabilem, sed præuidit quantum bonum occasione illius culpæ sequeretur, scilicet, incarnatio filij sui. Gen. 1. 2. & 3. Luc. 1. Item venditus est Ioseph à fratribus suis, sed secuta est inde liberatio Ægyptij, & omnium circumstantium. Gen. 41. Sepè subtraxit Laban mercedem Iacob, ex quo fuit Iacob voluntate Dei ditatus. Gen. 30. Expulit Moysen Pharao ab Ægypto, sed ex hoc habuit duas visiones, & post ad educendum populum, fuit princeps à domino constitutus. Exod. 2.

SECVNDO, iudicio Dei fit, quod Deus permittit iustos flagellari in hoc mûdo, vt si quid habeât rubiginis flagelli persecutione purgètur: nam antiquâ, filios Israel dominus educeret de Ægypto, longo tempore eos flagellari permisit. Exod. 5. Item ciuitatem & populum in terra promissionis deductum promisit dominus ab aduersariis deuastari. 4. Reg. 19. Item Tobias post misericordiæ opera lumine est priuatus, Tob. 2. Mirabantur amici Iob scilicet iusti videntes, eum taliter flagellari. Iob 21. Prophanatum est per Antiochum templum Ierusalem, & multos viros crudeliter cruciari & occidi iussit quorum etiam multorum occisorum sunt merita augmentata, 1. Mach. 6. Iudas, Symon & Ionatas fratres fidelissimi sunt, mirabiliter occisi: 1. Mach. 7. 13. & 15. Eleazarus, vir bonus & senex & septem fratres, fuerunt terribiliter cruciati. 2. Mach. 6. & 7. Maria & Ioseph coacti sunt cum puero fugere in Ægyptum. Matt. 2. Occisi sunt innocentes ab Herode, sed nunquam eis profuisset obsequio quantum profuit odio. Mat. 2. Item Ioannes sanctitatis exemplum fuit ab Herode nequissimo decollatus. Matt. 6. Iesus in passione abunde multa genera tormentorum sustinuit. Marr. 28. Stephanus & alij Apostoli, multa mala sustinuerunt. Actuum per totum.

TERCIO,

TERTIO, Iudicio Dei occulto fit vt mali indurentur in malo, & exaltentur in mundo ad maiorem eorum confusionem, & pœnam præſentialem & futuram. Sic Deus indurari permisit cor Pharaonis, vt eum super populum exaltatum mirabilem vindictam ostenderet contra eum. 5. Exodi & infra. Multa regna permisit Deus ab Holoferne vastari vt tandem per manum sc̄minæ deiceret eum. Iudith. 2. & infra. Etiam permisit Deus præſperari Herodem qui decolauit Ioannem, ad petitionem meretricis, & saltatricis puellæ, nec legimus in Canone de aliquo illorum Herodum Deum ultionem fecisse, reseruaui enim eos ad futura & grauiora tormenta. Marci 8.

QUARTO, Iudicio Dei occulto fit, vt boni aliquando in diuersa peccata labantur, vt qui eos stare existimant videant ne cadant & nullus pro statu quem habet, vel pro bono quod facit, debet alta sapere sed timere, nam Gedeon post mirabilem victoriam Dei virtute obtentam fecit ephod, quod factum est ei & domui eius in ruinam. Iudic. 8. Moyses qui totiens populum reconciliauit, ipse & populus ad aquas contradictionis peccauit. Numerorum 20. Sampson angelo nunciante conceptus est de sterili muliere. sed per mulieres fuit deceptus. Iudicum. 16. Item Saule nō erat in populo melior quando fuit electus qui factus est pessimus, & fuit à Domino reprobatus. 1. Reg. 17 Inter alia mala quæ fecit Saul, quod satis videtur mirabile fuit, quod fecit spiritum Phitonice sc̄minæ suscitari, Augustinus tamē dicit in libro de Doctrina Christiana, quod fuit imago Samuelis, & non eius anima, & talis anima fuit anima arte sacrilega à dæmonio præseruata 1. Re. 28 Dauid sanctissimus, Salomō sapiētissimus specialiter à Dño cōmendat, vt habetur 2 Reg. 7. & tamē ambo in peccatis grauitissimis corruerunt, q̄ patet de Dauid, 2. Reg. 11. de Salomōne. 3 Reg. 11. Item Rex Israel, qui magno Zelo cultores Baal fuerat persecutus, tamē ab idololatriâ Ieroboam non receiit. 4. Reg. 11. Ioab rex Iuda sanctissimam vitam duxit, qui postea contra voluntatem Dei cum rege Ægypti pugnavit. 2. Paralip. 15. Item Petrus princeps Apostolorum, tamen Deum non nouisse asseruit & iurauit. Mat. 26. Thomas qui confidenter dixit eamus & moriamur cum illo, & tamen postea de Domino dubitauit

raur, Iudas apostolus, & dispensator collegij Christi, sceleriter Christum exposuit pro argento. Mat. 26.

Q V I N T O, Iudicio Dei occulto fit quandoque, vt peccatores puniantur, vt ex hoc magnificetur dominus, vnde dicitur de quibusdam, quod Domini sententia fuit, vt indurarentur eorum corda & caderent & perirent ideo iratus Dominus filiis Israel propter peccata eorum, dixit, non addā vt ultra, vos liberē Iudic. 10. Permisit Dominus Archam capi ab incircuncisis propter peccata populi, vbi fecit multa miracula ex quibus magnificatus est Dominus 1. Reg. 4. & 5. Occidit Leo vitum Dei, quia Domini mandatum non fecerat sed de eius carnibus non comedit 3. Regum 13. Filij Benjamin grauiter sunt puniti, propter commissum scelus Iudicum 20. Terribile fuit quod duos quinquagenarios principes, fecit Helias deuorari ab igne, vbi apparuit Dei potentia ad cuius nutum obediunt omnia 4. Reg. 1.

S E X T O, Iudicio Dei occulto, dat ipse super peccatores sententiam vt postea placatus per pœnitentiam parcat eis, nam cum esset sceleribus repletus Achab sceleratissimus, vt induit pœnam pro suis sceleribus infligendam, prolongauit 3. Regum 20. & 11. Item Ezechia dedit mortis sententiam, & cum orasset cum lacrimis Deus datam sententiam reuocauit, 4. Reg. 20. Manasses terribilia facinora perpetravit, & ad Deum conuersus fuit, & à Domino exauditus est 2. Paralip. 33. Item Niniuitæ subuersi debebant sed propter pœnitentiam, ciuitatis subuersionem euaserunt Ionæ 3.

S E P T I M O, Iudicio Dei occulto fit aliquibus aliquid quorum Deus inuestigator est, & de quibus nullus homo loqui potest, nisi balbutiendo, quæ solum sunt suo iudicio relinquenda, sic moriturus David ordinationem fecit, satis mirabilem sed quia scriptura commendat eum ruit se ad sequendum Dominum & non fuit auersus alius non imitatus est Dominum etiam quia non videbatur voluntarius ad sequendum, cui dixit dimitte sepelire mortuos Mat. 8. & Luc. 9.

CAP. 71.

Iudex vt benè iudicet,

- 1 *Debet perquirere causarum decentiam.*
- 2 *Sensus exquirere per sufficientiam.*
- 3 *Factum inquirere donando sententiam.*

PRIMO, Vt iudex rectè iudicet, causam debet inuestigare, & examinare verum vt plenè & perfectè iudicet & cognoscat quam sententiam facere debeat, vnde dicitur causam quam nesciebam diligenter exquirebã vel inuestigabam Iob 3. Deus cui nihil latere potest, vt exemplum de hoc iudicibus daret, & demonstrationem descendit videre ciuitatem & terram quam superbè ædificauerãt filij Adam antequam puniret eos diuisione linguarum Gen. 9. Noluit Deus iudicare Sodomitas, priusquam diceret vadam, & videbo Gen. 18. Salomon diligenter & subtiliter inuestigauit causam duarum mulierũ contententium & iustum iudicium dedit 3. Reg. 3. Diligenter & discretè examinavit Daniel duos senes iudices, de falso crimine in Susanna. Danielis 13. Noluit Cyrus Præses Paulum subito iudicare, sed dixit non est consuetudo Romanis aliquid iudicare, antequam accusatus, præsentibus habeat suos accusatores locumque defendendi accipiat ad obiecta sibi vt scilicet veritas melius valeat Actuum 15.

SECONDÒ, Iudex vt rectè iudicet non debet stare suo proprio sensui, sed in quibus est aliquid diuini, debet velle consilium diuinum & humanum. Sic Moyses consilio Iethro, acquieuit vt populũ salubriter iudicaret. Exodi 18. Hac de causã constituit Moyses maiores iudices & minores, vt similiter haberent consilium Ehod. 18. Consultuit Dominum Moyses, propter causam filiarum Saphach & respondit Dominus, Cum mortuus fuerit vir, absque filio ad filiam eius hæreditas reuertetur Numer. vigesimo sexto.

TERTIO, Vt iudex rectè iudicet, primo debet habere omnem inuestigationem & consilium humanum, & tunc rectam debet proferre sententiam, vt nec prece nec pre-rio, amore nec odio à semita rationis declinet sicut Moy- ses de 12. bobus & 6. plaustris, nihil iudicauit esse charita- tis, licet eius propinquus annumeretur, Nu. 7. Rectè iudi- cavit Moyses quod filij Ruben cæteri, qui petebant ter- ram iam acquisitam, non haberent, donec terra esset tota- lites acquisita, Num. 32. Antiochus licet esset malus rectè iudicauit Andronicum, quia occidi fecerat **Osiam iniustè** 2. Machab. 4.

CAP. 72.

Iudex non benè iudicat,

- 1 *Cum interrumpitur pigritia.*
- 2 *Cum corrumpitur ex auaritia.*
- 3 *Cum sic prorumpitur ex malitia.*
- 4 *Cum peruertitur ex amicitia.*

PRIMO, Iudex iniustè iudicat & iniquè, quando pi- ger est ad causa exanimandam, sed signis & relationi- bus cito credit, sicut Iuda malè iudicabat Thamar com- burendam credens quod fornicata esset cum alio, nec prius examinans causam & iniquitatem, Gen. 38. Item Dominus Ioseph nimis cito credidit verbis vxoris, Ioseph nequiter accusantis & ipsum sine examine carceri manci- pavit Gen. 39.

SECUNDO, Iudex tunc iudicat iniustè, quando per auaritiam corruptus pecunia peruertit iudicium, sicut peruerterunt 2. Regum 18. De iudicibus nostri temporis, verum est, quod dicitur de principibus Israel. Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera sequun- tur retributiones. Isaię 1. De hac materia quære capite de acceptatione munerum, & de auaritia.

TERTIO, Non bene iudicat iudex qui iudicat cum furore & ira, nam ira impedit animum ne possit cernere verum,

verum. Sic Nabucodonosor malè iudicauit, qui cum furore & ira iudicauit quod occiderentur omnes sapientes Babylonis, eo quia eius somnia ignorabant Daniel. 2. Item iniquum fecit iudicium, quando cum furore mitti præcepit tres pueros in fornace. Danielis 3. Item Herodes iniquum iudicium protulit, quando natus est valde, & mitens occidit omnes pueros qui erant à bimatu & infra, in Bethleem Mat. 2.

QUARTO, Non rectè iudicat iudex, quando amore vel odio iudicium à via veritatis declinat, sic malè iudicauit Ezechias Ieremiam, quando ad petitionem principum, sine rationali causa incarcerationi. Ieremiæ 38. Item Darius rex Persarum, licet sciret Danielelem innocentem, & causam mortis non habere tamen fecit eum tradi Leonibus ad instantiã satraparum. Daniel. 6. Item ad petitionem vnus saltatricis iussit Herodes Ioannem Baptistam decolari: Marci 6. Pilatus iniquum dedit iudicium qui vt placeret Iudæis ad petitionem ipsorum Barrabam sediciosum dimisit, Iesum innocetem crucifigi condemnauit Mat. 26. peruersum dederunt Magistratus contra Paulum, qui puellam à dæmonio liberauerat quando ad petitionem quaternionum flagellari fecerunt.

CAP. 73.

Iurant homines aliquando,

- 1 *Promissiones fidelitatis.*
- 2 *Conuentiones societatis.*
- 3 *Assertiones veritatis.*
- 4 *Patrationes iniquitatis.*
- 5 *Destructiones seneritatis.*

PRIMO, iurare possunt licitè seruare promissa, cum firma fiducia obseruanda. Sic Abraham iurauit Abimelech ad requisitionem suam quòd non noceret ei. Gen. 36. Propter Absolonis mortem fletu David iurauit Ioab, quòd nisi desisteret à fletu, ipse & omnes alij de-

relinquerent eum, hoc promisit ei, vt ad consolationem reduceret eum. 2. Reg. 14. Dauid iurauit Bersabeæ matri Salomonis, quod Salomon regnaret post eum.

S E C V N D O, Iurauit homines licite conuentione societatum & matrimoniorum & amicorum firmas amicitias seruare sicut Iacob & Laban iurauerunt fœdus simul. Gen. 31. Moyses iurauit quod habitaret cum Iethro, & acciperet filiam suam in vxorem. Exod. 3. Piè iurauit Elisæus non derelinquere Heliã quàm diu posset esse cum eo. 4. Reg. 2. Pèpigit fœdus amicitie Ionathas cum Dauid & iurauerunt ambo. 1. Reg. 18.

T E R T I O, Iurant homines affirmando veritatem, vt fides magis adhibeatur, sic Christus in pluribus locis veritatem, affirmans dicebat amen dico vobis, &c. Paulus propter hanc causam, multotiens in suis literis iurasse legitur, Deus & pater Domini nostri Iesu Christi scit, quia non mentior ad Galat. 2. & alibi dicit, testis est mihi Deus cui seruis, propter hoc consueuerant mendacia iuramento firmari, vt videlicet maior fides adhibeatur eisdem. Sed quando plus tales iurant, fides minor est adhibenda sicut iurauit Petrus mentiendo se Christum nullatenus cognouisse. Mat. 26.

Q V A R T O, Iurant homines punitiones iniquitatis facere. Sic mendaciter & cum fraude iurauit Antiochus malefactores punire humana vel diuina sententia. Sic rex Salomon audita petitione pessima Adoniæ, scilicet quod volebat vxorem patris ducere iurauit quod occideretur. 4. Reg. 2. Dixit Helias Thesbites ad Achab pessimè operanti, viuit Dominus in cuius conspectu sto, sic erit annis tribus ros vel pluuia 3. Regum 17. Item audita parabola Dauid de homine qui tulerat ouem pauperis, iurauit quod ouem in quadruplo redderet, & filius mortis esset. 2. Reg. 11.

Q V I N T O, Iurant aliqui, quandoque temerariè, scilicet facere mala, quorum iuramentum peruersum est, & peruersissimum obseruare, sicut iurauit Dauid, destruere Nabal. 1. Regum 25. Simile iuramentum dixit impia Iesabel quod occideret Heliam 3. Regum 18. Nabugodonosor rex iurauit per thronum suum, quod vindicare se de filiis Israel. Iudith primo. Item malè iurauit & pessimè

simè obseruauit Herodes, dare saltatrici quicquid peteret,
& concessit ei caput Ioannis Baptistæ Marci 6.

CAP. 74.

Iustitia recta est,

- 1 *Si promerentibus singula reddantur.*
- 2 *Si secedentibus benè diuidantur.*
- 3 *Si ab egentibus precijs emuntur*
- 4 *Si delinquentibus æque misferentur.*

P R I M O, Iustitia ex equitate diuiditur, vt reddatur vnicuique quod suū est, & hoc initiū habet à Deo, qui reddit vnicuique secundum opera sua, idēo dixit Iacob ab Laban, respondet mihi cras iustitia mea. Gen. 30. David dixit ad Saul, dominus retribuit, vnicuique quę ad iustitiam suam sunt. 1. Regum 19.

S E C U N D O, Iustitia seruari debet in diuidendo corā omnibus, & communicando diuisa, & in diuidendo maior debet diuidere, & minor eligere, sicut Abr. hā volens separari à Loth, dedit ei electionem vt eligeret partem quā vellet. Gen. 13. Constituit David & qu. si habitum est pro lege quod equa esset participatio eunrum ad bellum & remanentium ad sarcinas. 1. Regum 30.

T E R T I O, Iustitia exigit, vt qui alieno indiget alium non furetur, nec violenter accipiat, sed conuenienti pretio emat, Sicut David nolebat gratis accipere terram, quā volebat à Iebuseo, sed cum iusto pretio comparauit 2. Regum 24. Audiens Tobias hedum ballantem ait videte ne fortè furtiuus sit Tobie 2.

Q U A R T O, Iustitia exigit, vt malis retribuatur eadem mensura & in presenti quā aliis retribuerunt, & iustum non est vt pereat iustus cum imperio vt Abraham dixit. Gen. decimo octauo Item manus quinque regum amputatę sunt, sicut aliis amputauerant

Aman superbus in patibulo est suspensus, quod ipse Mardocheo parauerat Hester 7. Hostes iudeorum occisunt eodem die quo ipse iudeos occidere ordinauerat. Hester 8. Item viri qui poni fecerunt Danielem in lacum leonū, missi sunt in eundem, & deuorati sunt à leonibus Daniel. 13. Duo senes qui volebant Susannam occidere iniuste, à populo lapidati sunt & interfecti Daniel. 13. In eodem loco in quo Andronicus Onyam occiderat, ibidem fecit eū Antiochus occisi. 2. Machab. 4. Iason qui multos infectos interfectos abiecerat, illā cētatus & insepultus abiectus est. 2. Mach. 5. Seruus nequam qui noluit conseruare dimittere repetiit dominus debitum iam dimissum. Mat. 18. Antiochus blasphemus & homicida pessimo uicere perit. 2. Mach. 9.

CAP. 75.

Iusti inter peccatores inueniuntur,

- 1 *Caste viuentes cum luxuriantibus,*
- 2 *Fidem seruantes cum idololatriis,*
- 3 *Viri innocentes cum deprauantibus,*
- 4 *Viri clementes cum iniuriis,*

PRIMO, Inuenti sunt casti & honestè viuentes inter luxuriosos, quod magnum est, nam quando omnis caro corupterat viā suam dixit dominus ad Noe te vidi iustum coram me Gen. 6. & 7. Itē Loth carnis & continēs fuit quādiu habitauit inter peccatores sodomitas Gen. 19. Ioseph in Ægypto castam vitam duxit nec cū muliere iacuit adultera & lasciuia. Gen. 39. Susanna fuit inter lubricos senes casta Daniel. 13.

SECONDÒ, inuenti sunt fideles inter infideles & idololatrias sicut in terra Madian infidelium paganorum dominus apparuit Moyse cum omnes passeret in deserto Exodi 3. Credebat Helias se esse solum fidelem inter idololatrias, & audiuit à domino reliqui mihi septem milia virorum qui non curauerunt genua sua ante Baal tertio Reg. 18. Mardocheus solus, aliis adorantibus

rantibus Amam, ei diuinos honores impendere recusauit. Hester 3. Ezechieli dixit Deus, increduli & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas ne timeas eos Ezech. 32. Daniel & socij eius habitabant inter idololatrias, caldeos adorantes dominũ Deũ suũ Dan. 2. Mathatias & filij eius cum paucis tempore Antiochi inuenti sunt fideles 2. Macha. 6. & 7. de fide cęturionis dixit Christus, nõ inueni tantam fidem in Israel. Matth. 8. Item Nicodemus inter iudæos incredulos, venit ad Iesum nocte, dicens scimus quia à Deo venisti magister Ioannis 3.

TER TIO, innocentes inuenti sunt, in medio impiorum sicut Samuel cum pessimis filiis Eli nutritus, sanctus & innocens permansit v:que ad finem vitę. 1. Reg 2. Tobias inter pessimos innocentiam seruauit Tob. 8. De Esau & gentilibus natus est Iob. innocens, dicens frater sum draconum & socius strutionum. Iob 3. Item Ieremias inter populum pessimum innocentiam seruauit & iustitiam Ieremię 43.

Q V A R T O, iusti inuenti sunt & pij & misericordes inter crudeles, sicut Nicodemus inter crudeles iudęos. Matt. 27. Mulieres etiam pię inuentę sunt inter iudęos ementes unguenta. Ioãnis 17. Aliis petentibus, vt Christus crucifigeretur & hoc crudeliter, Ioseph petiit corpus eius vt illud sepeliret Mat. 27. Tobias inter crudeles inuentus est pius corpora sepeliendo, Tobię 2. Item Gamaliel legis doctor inter Phariseos pius dedit consilium pro apostolis Act. 5. Cornelius erat in Cęsarea cũ omni domo sua inter incredulos vir religiosus & timēs Deum, & faciēs elemosinas. Act. 10.

C A P. 76.

Lachrimantur & plorant homines Per,

- 1 Dolorum demonstrationem,
- 2 Gaudiorum ostensionem cupidarum,

3 Cupido.

- 3 *Cupidorum ex spectatione.*
- 4 *Piorum auscultatione.*
- 5 *Miserorum compassione.*
- 6 *Peccatorum contractione.*
- 7 *Flagellorum supportatione.*
- 8 *Amicorum superatione.*
- 9 *Petitionibus in oratione.*
- 10 *Pro inuidis indignatione.*

PR. I M O, Plorant, & lachrimantur aliquando ex tristitia & dolore de morte carorum amicorum vel propinquorum sic fleuit Agar dolens videre filium suum morientem. Gen. 12. Item venit Abraham vt plangeret Sara uxorem suam defunctam Gen. 22. Planxit Iacob magno tempore, credens filium suum Ioseph à bestiis deuoratum Gen. 33. Planxit Dauid super mortem Saul & Ionathæ. 2. Reg. 1. Item fleuit Dauid pro morte Absalon, filij sui licet ab eo sic grauer fuisset persecutus. 2. Reg. 18. Item in morte Mathathie Iudæ Machabæi, factus est magnus fletus in Israel 1. Machab. 7. 11. & 13. Occisis pueris per Herodem, impletum est id quod dicitur vox in Rama audita est ploratus & ululatus &c. Matth. 2.

SE C V N D O, Lachrimas fuderunt Homines, econuerso præ gaudio habentes aduentum alicuius, sicut eleuata voce Iacob fleuit cognita Rachel cõsobrina sua. Gen. 29. Esau videns fratrem suum Iacob qui diu eum non viderat, à lachrimis non potuit continere. Gen. 33. Commota sunt viscera Ioseph super fratre suo Ben-iamin, & lachrimè erumpebāt. Gen. 43. Item Ioseph vt recognoceretur à fratribus suis eleuauit vocem cum fletu dicens, ego sum Ioseph frater vester &c. 45. In reditu de Babylone Iudæis edificantibus templum voces lætantium flentium audiebantur Esdræ 3. Legente Esdra verba verè legis omnis populus in gaudio & deuotione plorauit Neemiæ 8. Item Raguel cognoscens Tobiam cum lachrimis oscularus est eum similiter & gabellus Tobie 7. & 9. Tobie re-
deunti

deunti occurrerunt parentes, & ambo præ gaudio fleuerunt. Tobia 3.

TERTIO, lachrimantur & flent aliquando homines pro rei desiderio quam habere desiderant, sic fleuit Esau pro benedictione paterna quam desiderabat præ ceteris. Gen. 27. Item vociferans omnis turba fleuit dicens vt inā mortui essemus in Ægypto, quādo sedebamus super ollas carniū, & panem concedebamus in saturitate, hæc tamen desiderio carniū præcedebant, Nu. 13. Coram Tobia, fleuit mater pro filio eum videre desiderans, & irremediabilibus lachrimis flebat, dicens vt quid misimus te filij peregrinari & c. 10. Pro desiderio cœlestis patriæ dixit Dauid quemadmodum desiderat seruus ad fontes aquarum Psal. 41. Item mater filij lunatici à filio Dei salutem obtinere cupiens clamabat cum lachrimis Mat. 11.

QUARTO, Lachrimantur homines audientes pia verba moti quadam deuotione sicut fleuit Ioseph corā fratribus eius eum rogantibus vt obliuisceretur furie in eis respectè. Gen. 45. Saul audito Dauid multum præloquentem, fleuit, dimissa iracundia contra eum 1. Regum, Auditis verbis Noemi, nurus eius nō valentes lachrimas continere leuantes voces suas flere cœperunt. Ruth. 1.

QUINTO, Lachrimantur homines, ex compassione quam habent ad alienas misérias, sic fleuit omnis populus videns in morte Aaron & Moyse Dei populum alius remansisse Exod. 30. & Deut. 33. Planxerunt filij Israel filios Beniamin quos ipsi interfecerunt, propter scelus in vxorē Leuita perpetrātū Iudicū 21. Itē audita obsidione Iabes, filij Israel compatientes eleuauerunt voces & fleuerunt 1. Regum 11. Lugebat Samuel Saulem quia dominum penetebat, quod constituerat eum Regem. 1. Regum 15. Manducabat panem Tobias cum lachrimis super mortuum quem sepelire volebat. Tobia 3. Compatiens Iob afflictis dicebat, flebam super eum qui afflictus erat. Iob 3. Ieremias compatiens dicebat, quis dabit capiti meo aquā & oculis meis & c. Iere. 9. flebāt amici Susannę cū viderūt
presbyte-

presbyteros contra eam facientes. Daniel. 13. Contristatus est Antiochus propter iniquam mortem Iudæ, & fletus ad misericordiam lachrimas fudit recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. 1. Machab. 4. Ex compassione fleuit Christus super Lazarum defunctum. Ioan. 11. Propter magnam compassionem, quam habebat Magdalena ad Christum stabat ad monumentum foris plorans. Ioan. 20.

S E X T O, Lachrimantur homines ex contritione peccatorum suorum, sic quando Angelus Domini improperavit filiis Israel, Dei beneficia & eorum peccata nunciando quæ coram Deo commiserant eleuauerunt vocem vnamiter & fleuerunt. Iudic. 2. Cum audisset Iosias rex Iuda comminationes scriptas in libro legis Dei, propter peccata scidit vestimenta sua, & multum Domino placuit Esdræ. 9. Fleuit Esdras & populus propter obmissionem populi iudaici inter gentes eorum Esdræ. 4. Pro peccatis suis fleuit Dauid, dicens lauabo per singulas noctes lectum meum lachrimis &c. Psal. non solum fecit Dauid lauacrum de lacrimis, sed etiam cibum & potum, dicens, fuerunt mihi lachrimæ mee panes die ac nocte, & alibi, potum dabis in lachrimis, & mensura. Itæ Magdalena cum contritione peccatorum quantum fleuit & lachrimis Christi pedes lauauit Luc. 7. Itæ Petrus post trinam negationem fleuit amare. Lu. 22.

S E P T I M O, Lachrimas fundunt homines audientes graua mala quæ eos oportet pati in presenti vel videt alios pati sicut videt Dauid ciuitatem Sicelet accensam, & habitatores aptos planxerunt eos ipse & populus. 1. Re. 20. Eliseus videns coram se Azaelē flere cepit propter mala quæ ipse facturus erat Iraeli, cum ipse factus esset rex Syriæ sicut ei spiritus prophetico fuerat demonstratum. 4. Reg. 8. Cum audisset Mardocheus iniustam sententiam contra Iudeos factam scidit vestimenta sua, & eum eiulatu clamans amaritudinem demonstrauit. Hester 4. Videns Isaias detractionem populi dicebat recedite à me amare flebo. Isaiæ 22. Fleuit Susanna, suspiciens in cælum, timens iniustam sententiam mortis. Dan. 13. Dum Antiochus faceret cædem hominum in Ierusalem factus est magnus planctus Machabeorum primo, videns Iesus ciuitatem fleuit super illam. Luc. 19. Lachrimantur amici se tenerrimæ diligentes quando ab inuicem separantur, sicut Dauid & Ionathas facta amicitia

citia, cum ab inuicem discederent vberes lachrimas effuderunt. 1. Reg. 20.

O C T A V O, Lachrimantur homines, in oratione ex quadam deuotione sicut filij Israel pugnaturi cum filiis Beniamin, in oratione coram Domino plorauerunt. Iudicum. 20. Ansa fleuit largiter in oratione filium à Domino præcibus petens. 1. Reg. 1. Fleuit Ezechias fletu magno cum oraret quod Dominus leuaret sententiã mortis. 4. Reg. 1. Tobias cæcus improperio audito ab vxore Deum pro recuperatione visus, lachrimis exorabat. Tob. 1. Sarrã audita, comœdia ancillarum orauit Dominum cum lachrimis, vt eam ab improperio liberaret. Tob. 3. Populus de Bethulia auditis verbis Holofernis orans cum lachrimis, simul cum Achior Deum exorauerunt, vt eos ab eius tyrannica potestate liberaret. Iudith 6. Stetit Iudith ante lectum Holofernis orans cum lachrimis, vt Dominus suum dirigeret cogitatum, Iudith. 11. David dicebat orans exaudi orationẽ meam auribus percipe lachrimas meas. Item Paulus positus genibus cum iis quibus loquebatur, orauit Dominum, & factus est magnus fletus. Act. 20. Item circundederunt Petrum, viduæ flentes & orantes pro Thabita, ostendentes qualiter ea, eas continuè refouebat. Act.

N O N O, Lachrimantur homines inuidi de aliena fœlicitate, ex quadam amaritudine illos videntes quibus inuidet cum nocere non possunt sicut Aman postquam Mardocheum tam magnificè vidit honoratum, festinauit lugens ingredi domum suam & fleuit Hester 6.

CAP. 77.

Liberalis debet esse homo largus & misericors,

- 1 *Largiendo bonis cum beneuolentia.*
- 2 *Honorando dignos cum reuerentia.*
- 3 *Descendendo passos cum violentia.*
- 4 *Offerendo temporalia cum decentia.*

- 5 *Retribuendo accepta ex Christi clementia.*
- 6 *Iam placando raptis sed sua re propria.*
- 7 *Exhibendo sponsis cum placentia.*
- 8 *Relinquendo nudis, in Christi sequela.*
- 9 *In reddendo gratis ex amicitia.*

PRIMO, liberalis debet esse homo in sua largiendo nam dare beatius est quam accipere, vt dicit Philip-
pus. Sic valde liberalis fuit Rebecca in verbis & factis
plus offerens seruo Abraham quàm requireret Gen. 20. gra-
ta est liberalitas tempore necessitatis, Sic David gratum
habuit quando Abigail, David & sociis eius, & suo exer-
citu necessaria detulit 1. Regum 20. Obtena victoria de
Amalechitis David liberaliter misit dona senioribus
Iuda 1. Regum.

SECOND O, Liberalis debet esse homo ad liberandum
homines, & maximè ad suum hospitium venientes. Sic
honorauit Iethro Moysen venientem ad se Exod. 2. Rex
Salomon liberaliter honorauit Bersabeæ venientem ad
se, quando surrexit de solio suo Rex, & iuxta se solium
præparari præcepit, & quidquid peteret se facturum pro-
misit 3. Regum 2. Item Rex Assuerus liberaliter honorauit
Mardocheum, quando fecit eum indui vestibus Regiis,
& ponere eum super sellam suam. Hester 6. Item quia
Simon non receperat honorificè Christum in domum
suam Christus reprehendit eum, per compassionem ad
Magdalenam, dicens: intraui in domum tuam Luc. 7.

TERTIO, Liberalis debet esse homo ad defenden-
dum illos quos videt iniuriam patet, verbis vel factis,
Sic liberaliter egit Moyses circa filios Iethro, à pastoribus
defendendo. Exod. 2. liberalem epistolam scripsit Ar-
taxerces pro defensione Iudæorum Esdræ Sacerdoti,
Esdræ 4. Christus liberaliter defendebat Publicanos,
peccatores appropinquantes sibi, animaduersione scriba-
rum & Phariseorum. Luc. 13. 19. Discipulos suos. Christus
liberaliter defendit à detractoribus Mat. 17. Magdalenam
à sorore conquerente, à Phariseo murmurante, aui-
da pro effusione vnguenti eam prodigam appellante li-
beraliter defendit Luc. 7. & 10. & Mat. 26. Item mirè libe-
ralita-

ralitatis fuit Paulus qui seruū Philomoni fugitiuum liberauit à pœna literas scribens pro eo libertatis, ad Philomonei Actuum.

Q V A R T O, Liberales debent esse homines, ad ecclesiastica beneficia, & ad ecclesiasticos seruitores bona retribuendo, quia spiritualia recipiunt, sicut erāt filij Israel, qui mente promptissima obtulerunt se ad faciendum opus Tabernaculi. Exodi 25. ad sacrificia ecclesiæ debemus esse liberales, sicut præcepit Rex Darius ædificare templum & dare sumptus, & arcam Regis Esdræ. In paupere enim maior virtus reputatur & liberalitatis vt de muliere paupere quæ posuit duo minuta in gazophilacio templi muneribus diuitum prælata sunt. Luc. 19.

Q V I N T O, Liberalis debet esse homo pauperibus & egenis liberaliter elemosinas pro amore Christi largiendo pauperibus, diuites autem de paupertate præuenientes eos: sic David præcepit Miphiboseth, qui fuerat nepos Regis quod in mensa sua comederet semper secum. 2. Regum 19. Quidam boni viri de Israel captiuos nudos vesterunt, & illos qui ambulare non poterant imposuerunt iumentis. Iob liberalis fuit ad pauperes, qui ait viduas consolatus sum, & pastor eram pauperum. Iob 19. Item multum erat largus Zachæus, qui Christo dicebat, dimidium bonorum meorum de pauperibus. Luc. 19. Religiosis & prædicatoribus qui sunt pauperes Christi debent homines esse liberales, inter alios sic propria, multum fuit liberalis Paulo ibidem prædicanti Actuum. Item in naufragis & periculo positis, & etiam de sua paupertate, Paulo & sociis eius liberalitatis magnam humanitatem præstiterunt Actuum. 16.

S E X T O, Liberales debent esse homines, non offerendo aliena, sed restituendo abiata, & remittendo quæ de iure sunt ideo dixit Moyses Regi Edō, liceat nobis transire, per terram tuā, non ibimus ad agras neque per vineas, neque bibemus aquas de puteis. Num. 20. Item Rex Syros misit in Ierusalem vasa aurea quæ tulerat Nabugodonosor pater eius Esdræ 1. Tobias, multum fuit liberalis Raphaeli quem credebatur hominem offerens ei omnia. Tob. 12. Zachæus in hoc ostēdit magnā liberalitatē dicēs quod si quæ defraudaui reddo quadruplū Luc. 19. Magna liberalitas.

apparuit

apparuit in Christo, in similitudine de seruo nequam cui omnia sunt dimissa. Mat. 18.

S E P T I M O, Liberalis debet esse homo in matrimonio, & desponsationibus & nuptiis tã ex parte dantis quã ex parte recipientis vxorem, talis fuit liberalitas Raguelis qui dando Tobix filiam suam in vxorem, dimidium suæ substantiæ pro dotibus dedit. Tob. 10. Rex Assuerus fecit liberaliter cõuiuiũ in nuptiis Hester, quãdo eã despõsavit in vxorẽ. Hest. 2. in nuptiis enim debet esse homines vxorib⁹ liberales. Ideo dixit rex Assuerus Hester vxori suæ dimidiũ regni mei. Hest. 5. Magnã liberalitatẽ ostedit Christus in nuptiis, scilicet quãdo aquã in vinũ mutauit. Ioan. 2. Item valde liberalis fuit ille rex qui fecit nuptias, donec mensæ discumbentium plenæ fuerunt. Luc. 18.

O C T A V O, Liberalis debet esse religiosus quando intrat religionem, ad dimittendum vel dandum pauperibus omnia & nihil sibi p̄cinitus reseruando. Sic Christus precepit iuueni volenti esse perfectus, dicens vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Mat. Item Barnabas intrans religionem vendidit agrum, & omnia & posuit præcium a i pedes Apostolorum. Act.

N O N O, Liberalis debet esse homo, si attendat remunerationem exhibere, vt plenè videatur pollicitus, ideo filios Benjamin, à quibus David plura bona receperat, eos de familia sua fecit. 2. Reg. 19. Item regina Saba, multum obtulit Salomoni, & Salomon dedit ei omnia quæ petiit 3. Reg. 11. Publicanus liberalis, recepit Paulum & socios eius, & Paulus vxori agræ restituit sanitatem. Act. 18. Quia viri Sadoch & Samuei non fuerunt liberales Gedeoni, ab eo grauius sunt puniti. Iudic. 8. Nabal propter nimiam tenacitatem in magno periculo fuit, nisi largitas Abigail suppleuisset. 1. Reg. 15.

C A P. 78.

Loquuntur fatuæ mulieres,

1 In petitionibus, & in respondendo.

- 2 *In consulationibus pranè consulendo.*
- 3 *In secreta sermonibus foris exprimendo.*
- 4 *In rixationibus iurgia consequendo.*

PR I M O , namque loquuntur mulieres fatuè, in petendo, & in petitionibus quandoque respondendo fatuæ nam Sara interrogata cur risisset, mendaciter dixit, non risi, Gen. 18. Stultè loquendo petunt mulieres loquendo impossibilia fieri sicut Rachel dixit Iacob da mihi liberos, quod tamen non erat in sua potestate. Genesis 30. Stulta fuit petitio, matris filiorum Zebedæi, & ideo fuit à Domino reprobata, quia petebat pro eis quietem ante laborem, brauium ante cursum. Mat. 20. Multa stulta verba petendo antequam Christum cognosceret dixit illi mulier Samaritana Ioan. 9.

SE C V N D O , Loquuntur mulieres in consiliis per se nescientes aduertere, vt Eua locuta est in consulendo viro vt de fructu vetito comederet, quia primo leuiter locuta est cum serpente in suggestione, quam cum Deo in oratione. Gen. 3. Item vxor Amao audiens quærimoniam viri de Mardocheo stultum dedit viro consilium, & ille stultè credidit quando excessam trabem parari fecit quæ postea ei seruiuit. Hester 5. De hac materia quære plura exempla, capite 32. de consiliis mulierum,

TE R T I O , loquuntur mulieres stultè, reuelando secreta eis imposita eo quia continere non possunt, ideo stulti sunt viri, quando reuelant eis secreta sua nam vxor Sampsonis statim quando propositionem didicisset à marito in damnum eius a iis reuelauit, Iudic. 16. Item Dalila hoc idem fecit scita Sampsonis fortitudine ibidem.

Q V A R T O , Loquantur mulieres stultè aliquando rixando cum maritis conuertendo bonum in malum, nam quia Dauid ex magna deuotione ante Archam saltauit vxor eius quasi conuitiando dixit ei, quam gloriosus factus est hodie rex. 2. Regum 8. Turpiter & conuitiis rixabantur ille mulieres, coram Salomone, pro filio viuo & mortuo. 3. Reg. 3. Vxor Tobix cum rixa ei conuitiando respondit, vana est facta spes tua. Tob. 3. Ancilla Saræ cum rixando, dixit amplius non videamus filiam aut filiam

super terram interfecit virorum tuorum Tobia 3. Item
 vxor Iob cōuiciādo dixit, benedic Deo & morere, cui Iob
 dixit, quasi vna ex stultis mulieribus locuta es. Iob 2.

CAP. 79.

Luxuria & incontinentia,

- 1 *Multis causa fuit homicidiorum.*
- 2 *Nulli fraudem parcat neque summo amicorum.*
- 3 *Semper talem iungit consortio peruersorum.*
- 4 *Hanc in finem datur pœnam feret commissorum.*

PRIMO, Luxuria fuit causa homicidiorum, & effu-
 sionis sanguinum, nam ex violatione Dine Sichem &
 Emor cum habitatoribus ciuitatis occisi sunt Gen. 34.
 Occasione vxoris Leuitæ; incredibilis multitudo, & hoc
 ratione luxuriæ fuit interfecta Iudic. 20. Amon propter
 violationem sororis suæ Thamar, & oppressionem ab Ab-
 salone est interfectus, 2. Reg. 14. Item David propter pul-
 chritudinem Bersabæ captus, prodicione homicidium
 perpetravit. 2. Reg. 11. Quia Isboseth reprehendit Abner
 quia fuerat ad concubinas patris eius ingressus, facta est
 indignatio inter eos, & ambo postmodicum tempus sunt
 occisi. 2. Reg. 34.

SECONDO, Luxuria nulli parcat, nam domesticus
 & familiaris hostis est, ideo multum timeri debet, maxi-
 me quando sua virtute deicit, virtuositate deprimit sancti-
 tate feruentes, decipit sagacitate prudentes, diruit peruer-
 sitate pollentes destruit & ætate senescentes, primo sic de-
 cepit Sampsonem per Dalilam Iudic. 16. 2 Deprimit, & sic
 depressit David per Bersabæ, quã aspexit lauātẽ. 2. Reg. 11.
 3 Decipit &c. sic decepit Salomonem, per mulieres quibus
 adhæsit. 3. Reg. 20. 4 Diruit &c. Sic diruit Holofernem
 per Iudith quam concupiuit Iudith. 12. 5 Destruit, sic de-
 struxit duos senes, quia Susannam propter eius pulchritu-
 dinem concupierant. Danielis 13.

TERTIO, Multa mala & incommoda eam sectanti-
 bus accidunt, propter quod vitium luxuriæ ab omnibus
 & præ-

& præsertim. Christi famulis est seruatoribus & detestandum, de quibus solum quinque ponamus per ordinem.

- 1 *Est diuina indignatio cum seueritate.*
- 2 *Est diabolica inhabitatio cum potestate.*
- 3 *Est gloriæ cælestis priuatio ab iniquitate.*
- 4 *Est temporalis substantiæ minoratio cū egestate.*
- 5 *Est libidinis accensio sine sanitate.*

PR I M O, sicut diluuij causa videtur fuisse luxuria quia omnis caro corruerat viam suam, ideo dixit Dominus Deus, delebo hominem quem formau. Gen. 96. 2 Nam qui libidini vacant habent super eos potestate demonia datam à Christo ideo ipse dedit eis potestatem intrandi porcos id est luxuriosos. Mat. 8. Nam si ducentes vxores non fuerunt digni intrare cœnam Domini, quia erant de fornicariis & adulteris, & aliis gentibus lasciuis. Luc. 14. Itē nam filius prodigus dissipauerat substantiam suam videndo luxuriosè, & cum consumpsisset cepit ægere Luc. 15. 4 Itē non luxuria non extinguit libidinem sed accendit, ideo dicitur quod cupiebat ventrem suum implere de siliquis porcorum. Luc. 15.

QU A R T O, Luxuriantes grauitèr puniuntur à legibus & à Deo ideo cum reuelatum esset iudæ quod Thamar ex adulterio concepisset dixit, adducite eam mihi vt comburatur. Gen. 38. Duo senes luxuriosi volentes Susannam opprimere grauitèr ipsi puniti sunt. Dan. 13. Item grauitèr sunt puniti qui in loco sacro luxuriantur nam tempore Antiochi templū luxuria fuit plenum & summæ Deo displicuit, & eo graui acerbitate puniuit. 2. Mach. 6. Mulier in adulterio deprehensa mādabat à Moysè lapidari. Exod.

C A P. 80.

Maledixit Deus,

- 1 *Præuis peccatoribus.*
- 2 *Malis senioribus clericorum.*
- 3 *Tarde in furoribus, & more pastorum.*

PRIMO, Maledixit serpenti qui Eua ad peccandum induxerat sicut legitur Gen. 3. Sic detestatus est ipse peccatum Deus ut non solum peccatores sed etiam alias creaturas in eorum opere maledicebat, ideo dixit Adæ maledicta terra in opere tuo Gen. 3. Propter peccatum homicidij & effusionis sanguinis innocentis sic Deus abhorret, ut eis specialiter maledicat sicut maledixit Cain & terræ quæ suscepit sanguinē fratris sui Abel. Gen. 4. Otiosi & verbosi scilicet in opere sunt etiam maledicti, in cuius figura maledixit Ficulnæ & solis eius, id est in verbis, siue fructu operis boni. Mat. 20. terribilis erit maledictio illa in die iudicij quæ dabitur à Christo quando dicetur, ite maledicti in ignem æternum. Mat. 25.

SECONDO, Maledixit Deus clericis & sacerdotibus malè operantibus, & eorum maledictio peior est, maledictionibus secularium, ideo lamentans Ieremias dixit, repulit Dominus altare suum maledixit sanctificatori suo Threnorum 2. Sacerdotibus maledicens Dominus per Malachiam prophetam, ait maledicam benedictionibus vestris, Malachiæ 2.

TERTIO, Maledictionem tardat, tanquam misericors, expectans emendationem peccatorum sed benedictionem festivè & liberaliter donat, ideo de hac maledictione, dixit Daniel, ostendens tarditatem, stillavit super nos maledictionem Danielis 9. quod autem largus sit ad benedictionem dandam ostendit Ecclesiasticus dicens, benedictio illius quasi fluvius mundavit, Ecclesiastici 29.

CAP. 81.

Maledictio hominum,

- 1 Fugienda quæ est parentum amandorum.
- 2 Est cauenda quæ est sequentium filiorum.
- 3 Timenda est docentium prælatorum.
- 4 Deridenda est quæ est fallentium malignorum.
- 5 Facienda quæ est peccantium punitorum.

P R I M O, Maledictio patris vel matris est fugienda multum, quia benedictio eorum firmatur bono fundamento sic etiam maledictio eradicat fundamentum, & ideo debent timere filij parentes offendere, ne maledictionem eorum incurrāt, nam quia Chan offenderat Noe patrem suum, ostendens eius nuditatē, & deridens, ipse & filij eius & filij filiorum eius maledictionem acerbam incurrunr, cum dixit maledictus eris, &c. Gen. 9. Per locum à contrariis videri potest quantum timebat Iacob & Esau maledictionem patris quando Iacob dixit matri timeo ne pater meus paret me sibi voluisse illudī & indicat super me maledictionem pro maledictione. Gen. 27. Quia Simeon & Leui contra voluntatem patris occiderant Sichem, Iacob pater eorum dixit maledictus furor quia peritax & indignatio eorum quasi dura. Gen. 49.

S E C V N D O, Maledicere non debent filij parentibus carnalibus, nec subditi spiritualibus patribus & prælatis, nam qui maledixerit patri vel matri morte moriatur, quod non solum pro carnali patre vel matri accipitur sed etiam pro prælato, & ecclesia matre est exponendum Levitici 3. Arguebant Iudæi Paulum dicentes summum sacerdotum Dei maledicis, sed ille excusavit se dicens, nesciebam fratres quod esset princeps sacerdotum Actuum vigesimotertio.

T E R T I O, Maledictio & excommunicatio prælatorum timenda est, siue sit iusta siue iniusta, nam maledictus erat quem Balaam maledicere volebat Numer. 22. Servare debemus mandata Dei & Ecclesiæ, ne maledictionem vel excommunicationem aliquam incurramus, nam multas maledictiones dedit Moyses transgressoribus mandatorum Dei Deut. vigesimo septimo. Ipse Iosue capta Iericho dixit maledictus erit qui ædificaverit Iericho Iosue 4. Saul volens persequi Philistæos intimavit populo dicens, maledictus qui comederit panem vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis Dei. 1. Regum 12. Instruendi sunt pueri ne derideant prælatos & senes, nam pueris deridentibus Elisæum ipse maledixit, & visi de iacu id est demones deuorauerunt. 4. Reg. 3.

Q V A R T O, Maledictus, quibus maledictio incumbit ex officio, etiam timenda est, nec curanda est malorum

maledictio, sicut Sichimitæ inter epistolas maledicebant Abimelech Iudicum 9. Multi obstinati quando plura patiuntur plus maledicunt, quorum maledictio curanda nõ est, nã obcessa, à Iuda in turri maledicebant ei. 2. Mach. 10. Non fuit timenda sed appetenda illa maledictio, quam Pharaæi cæco illuminato à Domino inferebant dicendo maledicentes ei, tu discipulus eius sis. Ioan. 9.

QUARTO, Maledicentes aliquando cum maledictionibus, & aliis grauidus puniuntur ideo dixit Isaac filio suo quãdo ei bene dicebat qui maledixerit tibi sit ille maledictus. Gen. 27. Golyas qui maledixit Dauid, & diis suis, in prælio ab eo est occisus 1. Reg. 17. Qui maledixit Dauid fugientem Absalon etiam interit 2. Reg. 16. Occisus est à Salomone 3. Reg. 10. Sichimitæ maledicentes Abimelech, fuerunt etiam ab eo interfecti, Iudicum 9.

CAP. 82.

Matrimonio iuncti debent,

- 1 *Vtrique iubere ad voluntatem.*
- 2 *Iuris habere æqualitatem.*
- 3 *Vtrique cauere pluralitatem.*
- 4 *Ritus fouere identitatem.*
- 5 *Prolis tenere causalitatem.*
- 6 *Hiis honor verè dignitatis.*
- 7 *Si volunt refrigerare carnalitatem.*

PRIMO, Vir & mulier debent inter sese habere æqualitatem sic tamen q̃ vxor non debet esse domina nec ancilla, ad quod figurandũ dominus formauit mulierem neque de capite neque de pede, ne domina æqualis vel ancilla videretur. Gen. 2. Sed licet tamen coniugium sit inter personas inæquales, alter tamen alteri obedire & reuereri tenetur nã Sara obediebant Abrahæ vocans eum Dominũ & Abrahã cõdescendebat Saræ. Gen. 12. 18. & 21. Propter hanc causam scilicet æqualitatẽ in matrimonio requi-

requiritur consensus vtriusque, Ideo dixerunt parentes rebecca quæramus voluntatem puella. Gen. 24. Et notandum, quod ita æqualitas, non est in sapièria animi vel in pulchritudine corporis sed in æqualitate voluntatum, scilicet, ad bonum, imo expedit quâdoque vt vir stultus corrigatur per mulierem sapientem, & vxorem bonam. Sicut Abygail fecit quæ saluauit virum suum de manu Dauid 1. Regum 25. Item Saræ nuptialem regulam sibi dantes docuerunt eam diligere maritum quia dilectio actus communis est Tobia 10. Quantum ad actum conjugale indicat apostolus, & virum minime dominandū, & mulierē dicens mulier non habet potestatem sui corporis sed vir, & e contra 2. Cor. 11.

S E C V N D O, Matrimonio iuncti licet in multis debeant esse æquales in agendis & consulendis tamen vir debet esse caput, & mulier debet sequi virum, hoc autem dominus volens ostendere, fecit virum & postea mulierem de viro. Gen. 20. ob Hanc debent mariti vxoris tanquam capitis membra diligere, sed secreta quæ ad eum pertinent non est ratio vt reuelent vxori, quia mulieres nō sunt bene secretæ, Nam quia Sampson reuelauit vxori propositionem quam parentibus noluit reuelare, ipsa, in Damnum viri aliis propalauit Iudicū 15. Sicut caput præualet cæteris membris, sic vir quantum ad vxorem præualet omnibus filiis & consanguineis, Ideo dixit Helchena vxori suæ, non tu melior sum tibi quam decem filij. 1. Regum 1. Sicut membrum seruat fidelitatem capiti, sic vxor debet seruare fidelitatem viro suo, sicut Susanna pro fidelitate seruanda se exposuit infamix & morti Danielis 13.

T E R T I O, Matrimonio iuncti debent esse vniti quia vir debet habere vnica vxorem, & e contra ideo dixit dominus erunt duo in carne vna. Gene. 2. Ante diluuium solus Lameth duas vxores habuit qui duplex homicidiū postea perpetravit Gen. 7. Item in Archa Noe viros tot quot vxores iussit dominus reseruari, scilicet vt ad hoc esset vnica vnico. Gen. 7. Querentibus Pharisæis à Christo, si liceret dimittere vxorem & ducere aliam, quaque ex

causa Respondit dominus, quos Deus coniunxit homo non separet.

Q V A R T O, Matrimonio iuncti, non debent esse diuersi ritus vel sectæ quia vnus alterum ad malum cito faceret declinare, Nam Ioram rex Iuda ideo fecit malum, & ambulauit in viis Achab quia eius duxerat, filiam in vxorem, ex quo apparet quod multum debent respicere homines, quando ducunt vxorem, legem & mores considerando. 4. Regum 8. Propter hanc causam Neemias increpauit eos, Neemie 13. Ideo filij trãsmigrationis, dimiserunt vxores alienigenas quas habebant Eisd. 10. Si autem alter illorum coniugũ facit malum prauum vel peruersum virum sequendo, non debet alter sequi. Ideo malè se excusabant mulieres translati in Ægyptum de idolatria dicentes quod ita videbant facere suos Iere: 4. Item quia Saphira & Ananias consenserunt in malum ideo ambo fuerunt grauiter puniti Actum 5.

Q V I N T O, Matrimonio iuncti non debent respicere libidinem sed pro causa rationali debent iungi & ad Dei laudem facere, hoc modo se fecisse dicebat filia Raquelis. Dicens enim timore tuo domine & non cum libidine, virum suscepi. Tob. 3. Honestissimam causam ducendi vxorem exposuit Angelus Tobie, dicens amplex vxorem cum timore domini & amore filiorum magis quã libidinis. Tobie 6. propter hanc causam nouiter coniugati, prius debent vacare diuino operi, quam operi coniugali, sicut Tobias post tertiã noctẽ docuit vxorem suam orare antequam ad inuicem iungerentur Tobie. Alle qui excusauit se à cœna quia duxerat vxorem, non dixit habere excusatum sicut dixerunt alij, quia status eorum qui ducunt vxores vt libidini vacent, ita fortiter ligantur, vt sæpè eos retrahat à diuinis. Luc. 14.

S E X T O, Matrimonium ita Deus honorauit quod singulari privilegio multum honorauit, vt patet in nouo & veteri testamento, Ideo ad hunc ordinem matrimonij instituit hominem formando, cui mulierem statim associauit. Gen. 2. Destruendo dominus Mundum per diluuium in matrimonio positos, scilicet Nec & vxorem eius

eius tres filios eius cum vxoribus eorundē saluauit. Gen. 7. Matrem suam virgine voluit desponsari, vt contra hereticos qui damnant matrimonium ipsum commēdaret. Mat. 1. & Luc. 1. Matrimonialibus nuptiis Christus cū matre & discipulis voluit personaliter interesse & ibi miraculum primum operari, vt ipsum matrimonium honoraret Cęlesti & spiritali conuiuio, matrimoniales nuptiæ à Christo singulariter comparantur. Luc. 14.

S E P T I M O, Matrimonio repugnat adulterium, quod est maximum vitiū, & grauius punitum à domino, & propter ipsum adulterium mala innumerabilia committurū Ideo Ægyptij magis detestabantur adulterium quā homicidium. Ideo Abraham timebat occidi propter Saram & Pharaō eā acciperet in vxorē ipsum interficiendo. Gen. 12. Propter Sarā vxorē Abrahę flagellauit Dominus Pharaōnē plagis maximis, & Abimelech per somniū comminando, Gen. 12. & 13. Ex adulterio nati vt in plurimum sunt mali, quia male generantur & male nutriuntur, & quādoque male finiunt, nam primus qui legitur Deum blasphemasse spurius fuit qui postea iubente Domino fuit lapidatus Leuitici 24. Item Dauid propter adulterium prodicionem & homicidium perpetravit, ideo filium sibi abstulit Deus. 2. Regum 12. Herodes vt liberius cum Herodia deuacaret Ioannem Baptistam, qui eum de hoc vitio arguebat, Herodias fecit incarcerari & nequiter decollari Marci 6.

C A P. 33.

Mendaces solent communiter,

- 1 *Gravem committere transgressionem.*
- 2 *Sapē permittere deceptionem.*
- 3 *Mortis adducere occasionem.*
- 4 *Meriti immittere perditionem.*
- 5 *Bonam obmittere relationem.*

- 6 *Falsam permittere assertionem.*
 7 *Culpè submittere confessionem.*
 8 *Et hoc admittere tribulationem.*

PR I M O, Mendacium est grauiſſimum peccatum, con-
 trarium veritati Ideo Deo apponitur quæ eſt veritas
 & vita, ita namque eſt graue mentiri, quod iudas
 eſtimabat, mentiri grauius quàm fornicari, Ideo de Tha-
 mar cum qua ex pacto fuerat fornicatus mittens ei He-
 dum. Gen. 38. Propter grauitatem mendacij non licet ali-
 cui ex quacunque cauſa mentiri, ſed hoc aliquando ex-
 pedir veritatem tacere, ſicut fecit Samuel, Dicens, ad in-
 molandum domino veri, cum ad aliud facere veniſſet 1.
 Regum 30.

SE C V N D O, mendaces homines multum ſunt pro-
 ditores, qui vt proditores valeant adimplere, menda-
 tio eaſtegunt. Sicut Antiochus propter mendosa, verba
 pacifica ciuitatem plaga percuffit. 1. Machab. 8. Nihilomi-
 nus proditio ſe volens eſſe ſummus ſacerdos vni menda-
 citer detrahebat. 1. Machab. 7. Promiſit Demetrius Iona-
 the multa, ſi liberatus eſſet, qui poſtea ſe alienauit ab eo
 1. Macha. 2. Item ciphon proditorie mentitus eſt Symoni,
 quando argenti & obſides, pro liberatione Ionathe
 recepit qui poſtmodum Ionatham & filios interfecit 1.
 Machab. 12.

TE R T I O, mendaces querunt decipere audientes,
 Ideo primum mendacium à diabolo fuit per ſerpentem
 prolatum ſcilicet nequaquam moriemini, vt hominẽ, men-
 tiendo traheret ad peccatum. Gen. 3. Gabaonitẽ callidẽ
 cogitantes Iosue mendacio decipere voluerunt, ſed nec
 ille pactum fregit, & eos vt meruerant in ſeruitutem
 redegit Iosue 4. Vir Dei qui prædixerat Ieroboam deſtru-
 ctionem altaris à falſo propheta mendacio eſt deceptus.
 3. Regum 13.

QV A R T O, mendaces homines ſuis mendacijs con-
 ducunt alios homines ad mortem vt patet in præcedenti
 hiſtoria proxima, vbi vir Dei deceptus mendacio fuit à
 Leone occiſus. 3. Regum 13. Prophetẽ mendaces perſuaſe-
 runt Achab, vt iret ad pugnam, vbi ad mortem fuit vulne-
 ratus 3. Regum 22. verba quę dixit Iudith Holoforni duxe-
 runt

rūt eum ad mortē turpissimā, sed ipsa Iudith propter bonam intentionem quam habuit excusatur Iudith. 11. Pessimū mendacium adinuenit Aman vt faceret occidere Mardocheum. Hester. 3.

QVINTO, Mendaces vt in plurimum sunt accusatores aliorum, & relatores nouorum, quia semper tendunt ad aliquem offendēdum, sicut occiso viro de filiis David Fama accusantium & referentium venit, quod Absalon omnes filios regis interfecerat. 2. Regum 13. Ab accusantibus Paulū fuerunt dicta multa mēdacia scilicet, à quēstuariis Act. 15. Item à quibusdam Atheniēsis coram scelice agricolao. Actuum 18.

SEXTO, Mendaces pessimi sunt reges falsi qui suis mendaciis & assertionibus multos iniuste faciunt condēnari sicut fuerunt duo falsi testes, contra Naboth. producti qui eum lapidari fecerunt asserentes eum mendaciter nequiter Blasphemasse. 1. Regum 12. Duo falsi testes qui locuti sunt contra Stephanum, eū lapidari fecerūt. Act. 6.

SEPTIMO, Mendaces testes fallaciter accusauerūt. Mat. 26. Mendaces sunt aliquę personę & specialiter mulieres excusantes se de malis operibus de quibus aliquādo mentiuntur, sic mentita est Sara vxor Abraham timore perterrita non se dixisse mendacium excusando Gen. 18. multa mendacia dixit Pharao Moyse se excusando ne dimitteret populum. Exod. 8. Os illius qui mentitur occidit animam, & aliquādo corpus, sic Ananias & Saphira mentientes coram Petro dire mortis sententiam incurrerunt. Actuum 5.

OCTAVO, Mendacium officium remunerandorū, scilicet in presenti & si non in futuro, Sic mendacium obstericum quę dixerūt Pharaoni quod filiorum Israel paruulos necabant fuerunt temporaliter remuneratē. Exod. 1. Temporaliter remunerata est Raab, quę mentita est officiose quærentibus exploratores filiorum Israel Ioue 4. & 6. Officio mentitus est Chusi, qui salutem Dauid dixit Absaloni tractans sicut sui cum patre tuo: ita ero tecum 2. Regum 11. mentita est officiose mulier quę nūtiōs Dauid in puteo sub velamine abscondendo Celauit 2. Regum 17.

CAP. 84.

Miracula facit Deus scilicet,

- 1 In cælo cum corporibus cælestium creaturarum.
- 2 In Angelis minoribus more ministrorum.
- 3 In aëre terroribus eleuatum vaporum.
- 4 In terræ cultoribus fructus dænis bonorum.
- 5 In bestis ferocibus & paruulis inmemorum.
- 6 Et progenitoribus ortu filiorum.
- 7 Homini saporibus dedit ciborum.
- 8 Homini sceleribus pleno peccatorum.
- 9 Homini terroribus dedito bellorum.
- 10 Homini doloribus referto languorum.
- 11 Homini saporibus mortis singulorum.

PRIMO, miracula fecit Deus in terrenis & cælestibus corporibus, inter quæ miracula. Primum fuit creatio mundi, quando cælū reuuit à principio: postea Solem & Lunā & stellas & signa temporū mirabiliter ordinādo. Gen. 1. ita quod fuit mirabilis mundi creatio, quod eius notitia non potuit nec per reuelationem haberi, vt ait Gregorius in Homilia super Ezechielem, de præteritis prophetauit Moyses, non quod prædixit occulta stetit Sol ad vocem Iosue dicentis soli contra Gabaō nō moueatur. Iosue. 10. valde fuit mirabile, quod ad petitionem Ezech sol decem lineas retrocessit 4. Regum 20. In passione Christi factæ sunt tenebræ, & Sol obscuratus: nam cum Luna esset 15. & soli in parte opportuna, nec solet naturaliter eclipsari, Vnde Dyonisius videns in Græcia dixit, aut Deus naturæ patitur, aut tota mundi machina dissoluitur. Mat. 26. In ascensione Christi est mirabiliter eleuatus in cælū. Et in diē pētecostes hora tertia factus est respectē de cælo sonus, aduenientis spiritus vehementis in Apostolos. Actorum 2. Saulum de cælo lux miraculosa, se circumfulsit, & ipse celeriter voci cælesti obediuit Act. 9.

SECTY-

SECVNDO, Miracula facit Deus in Angelis, & Spiritibus cœlestibus, quos tanquam ministros nostros, in nostro seruitio deputantur. vnde Angeli Loth. de Sodomis mirabiliter eruerunt. Gen. 19. Angelus ad locum flentium veniens si ius Israel ad pœnitentiam incitauit, Iudicum He iam fatigatum Angelus aqua & pane sustentauit. 3. Regum 19. Pueri suo Elisæus ostendit tantum auxilium ab Angelis 4. Regum 6. Resurgente Christo, Angelus descendit, & custodiens sepulchrum terruit Mat. 28. liberauit miraculosè Angelus Petrum victum duabus catenis Act. 12.

TERTIO, Miracula multa fecit Deus, in quatuor elementis & ut facilius à legentibus miracula prædicta valeant perquiri, de quo liber eiem ètò distinctè perscrutetur, nam primo operatus est in elemento ignis, quando filios Israel in columna nubis, & de nocte in columna ignis de seruitute Ægyptiaca eduxit Exodi 15. Helys ignem consumentem holocaustum miraculo impetrauit. 3. Reg. 18. ad vocem Eliæ descendit ignis de cœlo, & duos quinquagenarios deuorauit. 4. Reg. 1. Item ignis egressus à Domino pluit super Sodomam, & homines subuertendo, cum eadem ciuitate vastauit Gen. 19. de terribulo ignis egressus, multos incredulos cœcremauit, nil mali bonis faciens, dignum memo rię fuit illud miraculum quod tres pueri in canigno ignis ludentes, benedicebant Dominum illæsi & incolumes exierunt. Dan. 3.

QUARTO, fecit Deus miracula in elemento aeris, & vaporibus exemptibus in eodem egressis filiis Israel de Ægypto, Dominus in columna nubis præcessit Exod. 19: Pugnantis quinque Regibus contra Iosue pluit Dominus grandines sicut lapides super eos Iosue 14. Orante Elia annis tribus & mensibus: ex aer pluuiam non dedit, & rursus orauit, & venit ex aere pluua super terram 3. Regum 18. Pulchrum miraculum ostendit Dominus discipulis in transfiguratione eius quando loquente Domino nubes lucida obumbravit eos. Mat. 17. Miracula in elemento aquæ, Deus fecit firmamentum, in medio aquarum superiores aquas ab inferioribus diuidens, & post modum volatilia posuit in aere, & pisces in gurgitibus Gen. 1. Cum Deus propter aquas diluuij, mergere omnem terram

terram, Noe cum filiis suis & vxoribus earum in ar-
 cham, super aquas miraculosè saluauit. Gen. 7. Item mi-
 raculum quando Dominus aquas Ægypti mutauit in
 sanguinem. Exod. Miracula operatus est Deus quando
 mare dimisit, vt aquæ starent pro muro à dextris & à
 sinistris donec filij Israel liberè transissent. Exod. 14. Per
 ignum Moyfi aquæ amare sunt dulceratæ Exod. 15. Item
 aquam de petra durissimâ sitienti populo produxit. Exod.
 17. Ingressis filiis Israel in Iordanem aquæ superiores ste-
 terunt inferiores verò in mare mortuum descenderunt, &
 per eundem alucum transferunt. Iosue 8. Sic Elias pallio
 tangens aquas Iordanis ipsas diuidens liberè pertransiit.
 4. Regum 2. Fecit idem Helisæus, & virtute Diuina fer-
 rum grauissimum super aquas natari fecit. 4. Regum 6.
 Item commotio maris dormiente Domino ad eius impe-
 rium mare acquieuit. Mat. 8. Item ad præceptum Domini
 discipuli mittentes rethe in mari plenum magnis piscibus
 retraxerunt. Ioan. 14.

QVINTO, Multa miracula operatus est in elemento
 terræ quando animalia produxit & hominem ex ea. Gen.
 10. Etiam grande miraculum & terribile, quando terra se
 apparuit, & deglutiuit Dathã & Abiron. Num. 26. In passio-
 ne Domini terro mota est, & Petre scisse sunt, & monumẽ
 ta aperta, & multa corpora sanctorum surrexerunt. Mat.
 27. Resurgente Christo, factus est terræ motus, cuius timore
 exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.
 Mat. 28. Paulo cum socio recluso in carcere, terræ motu
 exterriti sunt custodes, & vinculis solutis ipsi liberi abie-
 runt. Actorum. 16.

SEXTO, Miracula fecit Deus in animalibus fero-
 cibus, nam Balaam cum iret ad maledicendũ populo Dei
 fuit ab Asina in qua ferebatur mirificè redargutus. Num.
 22. Ad Eliam profugum à facie Iesabel carui carnem & pa-
 nem quotidie differebant. 3. Regum 17. Daniele posito in
 lacu Leonum Leones miram mansuetudinem ostende-
 bāt Danielis 6. Piscis qui Ionam naufragio deuorauit per
 triduum eum in ventre conseruauit incolumen, & postea
 eum sanum euomuit. Ionæ, per totum.

SEPTIMO, Miracula operatus est Deus in homini-
 bus, in diuersis statibus hominũ, & primo in necessitatibus
 hominum

hominum miraculosè homines producendo sicut natus est Isaac, per promissionem à Domino reuelatam. Gen. 20. Sampson miraculosè concipitur, dum eius conceptus ab Angelo nunciatur parentibus. Iudicum 13. Filius mulieris sanamitis per Eliseum est à Domino impetratus. 4. Reg. 4. Angelus Domini qui apparuit Zachariæ Ioannem annunciauit nasciturum miraculosè. Luc. 2. Christus Deus & homo miraculosè cōceptus est & natus, & ad eius aduentum Ioannes in vtero exaltabit. Lucae 1.

O C T A V O, Miracula fecit Deus in hominibus in eorū cibis & potibus & aliis quæ ad vitam hominis pertinent largiendo, Ideo enim Deus de vniuersorum fructibus lignorum homini in paradiso tradidit ad vescendum & lignum vitæ in medio paradisi, vt potum vitæ dereliqueret, quod non fecit, de quo comedens vitam non habuit promissam. Genesis tertio. Dedit dominus populo manna ad manducandum & aquam ad bibendum, Exodi 16. & 17. Misit dominus murmurantibus carnes in abundantia in deserto. Num. vndecimo. Et quadraginta annis eduxit filios Israel per desertum & non sunt attrita vestimenta eorum nec consumpta Deuteron nono. Præparauit Deus cibum Eliæ esurienti, per viduam Sareptanam. Item farine Ydria &c. & Lechirus olei non est diminutus tertio Regum 17. 4. Reg. 4. Desciente vino in nuptiis dominus aquam mutauit in vinum. Ioan. 2. De paucis panibus & piscibus sciauit dominus duabus vicibus populi multitudinem. Matth. 15. & 18.

N O N O, Miracula operatus est Deus, in hominibus peccatoribus, eos mirabiliter corrigendo, nam quia omnis caro corruerat viam suam, homines diluuij mundatione purgauit. Gen. 7. Peccatum superbiæ, in turris Babylonis edificatione, per linguarum diuisionem puniuit Genes. 11. Scelus Sodomorum Deo abominabile, fuit Diuina vlcione puniuit. Genes. 19. Propter punitionem Chore & complicum eius fuerunt multa miracula perpetrata Num. 12. & 18. propter Arham captam puniens Dominus Philistæos, multa miracula operatus est. 1. Regum 4. Exercitum Regis Syriæ, ne quid operarentur, cecitate percussit. 4. Reg. 11. Helydorus volens.

expolia-

expoliare templum, mirabiliter & acerbiter fuit verberatus 2. Machabæorum 3. In figura hominum sine fructu bonorum operum, maledixit Dominus ficulneæ, & arefacta fuit. Mat. 12. Elimam magnum resistentem, Apostolus Paulus priuauit oculorum lumine. Actuum. Cum quidam in nomine Domini & Pauli demones derisorie adiuuant, resilierunt in eos. Act. 18.

NONO, Miracula operatus est Dominus, in omnibus bellis & terroribus vexatis ab aliis eos mirabiliter defendendo, nam post circuitus Iericho, muri corruerunt Iosue 7. Ionathas & eius exercitus percusserunt tot homines, quod factum est miraculum copiosum & castra turbata. 1. Reg. 14. Obsidentes Ierusalem Rege Sennacherib centimus & octuagesimum quintum milia hominum sunt percussi 4. Reg. 19. David Philistæum in funda & lapide, miraculose superauit. 1. Regum 17. Aduersarij Iosaphat in semetipsos conuersi conciderunt. 2. Paralip. 20. auxilium datum à Domino, cum nisi sex milia hominum essent. 2. Machabeorum 8.

DECIMO, Miracula fecit Deus hominibus debilibus & infirmis, quacunque fuerunt infirmitate detenti, in cuius figura percussi sunt filij Israel à serpentibus, sed per serpentem Enchem sunt sanati. Numero 22. Naamam leprosum Elisæus in Iordanis flumine mittens, septima distione sanauit. 4. Regum 45. Tobias quatuor annis cæcus existens felle piscis est ab Angelo liberatus Tobie Christus sanauit egros variis languoribus & decem leprosos Mat. 8. & 9. de Magdalena dicitur eiecisse 7. demonia Luc. 13. Item Petri socrum sanauit à febribus Mat. 8. paralyticum per lectum dimissum, in piscina, Ioannis 5. incuruatam mulierem. Seruum Centurionis. Mat. 8. Surdos fecit audire, & mutos loqui. Mat. 9. Filium Regis qui incipiebat mori, mulierem fluxum sanguinis patientem. Mat. 9. Sic Malchum seruum Principis Sacerdotum, cui Petrus amputauit auriculam. Mat. 26. Petrus sanauit claudum, Act. 3. & infirmos. Actorum 5. Philippo prædicante sanati sunt multi Act. 8. In ciuitate Listris Paulus claudum ex utero matris suæ sanauit Actuum 14. Sudaria & vestes Pauli lan guentes curabant. Actuum 19.

VNDECIMO, Miracula facta sunt Diuina virtute super

Super homines mortuos, eos suscitando, sicut Helias filium mulieris hospitis eius, à mortuis suscitauit. 3. Reg. 17. Elifæus filium Sunamitis suscitauit à mortuis quem eum suis præcibus à Domino postulauerat. 4. Reg. 4. Tangens Elifæus ossa defuncti, ipse defunctus protinus surrexit. 4. Reg. 14. Christus tres mortuos suscitauit, filiam regis in domo. Mat. 9. Filium viduæ extra portam. Luc. 7. Lazarium in monumento foetidum. Ioan. 11. In passione mortui resurrexerunt & intrauerunt in sanctam ciuitatem. Mat. 21. Christus resurgens à mortuis ianuis clausis intrauit ad discipulos. Ioan. 20. Vocauit Petrus Thabitam mortuam & surrexit ad vocem Apostoli. Act. 9. Cum prædicaret Paulus, cæcidit iuuenis ex fenestris & mortuus est, & Paulus in nomine Domini eum suscitauit. Act. 29.

CAP. 85.

MORTIS EUENTUS,

1. *Ex peccato creditur terram intrasse.*
2. *Ab humana scribitur carne tenuisse.*
3. *A bonis appetitur ipsum iam incurrisse.*
4. *Sed dum quis affligitur iam vellet præuenisse.*

PRIMO, Mortis sententiam homo per peccatum incurrit, quia diabolis motus inuidia, mors intravit in orbem terrarum, & nō solum secundū corpus sed secundum animam homo propter peccatum erat moriturus, Nam dictum est Adæ à Domino, quacunque hora comederis id est mandatum meum transgrediens morte morieris. Gen. 2. Ideo longa vita, videbatur merces custodientis legem. Deut. 22. Ob hanc causam in memoriam dicitur quod patres nostri peccauerunt, & mortem incurrerunt, post separationem vitæ cuiuslibet ante diluuium, & post dicitur mortuus est vt habetur in diuersis locis Bibliæ.

SECONDŌ, Mors est timenda, secundum carnem cum sic

cum sit omnium terribilium finis, nam patres antiqui etiam timebant ratione horribilitatis eius quia non poterant in cœlum ascendere donec Christus ascendit, ideo angeli, eduxerunt Loth de Sodomâ, ne fortè apprehenderet eum malum & moreretur. Gen. 19. Quamvis Moyses seruus Domini vellet Domino in omnibus obedire, ipse tamen videbatur quod libenter plus vixisset si dominus voluisset, vnde dicitur iratus est Dominus &c. Sequitur, ecce morior in hoc humo. Deuter. 31. Mortis sententiam timuit Ezechias valdè quando fuit illi ab Isaia nunciata, quam cum oratione lachrimabili euasit. Isaia trigesimo octauo. Ierimias Ezechiam rogauit, ne eum occideret, & ne moreretur in carcere. Ieremiae trigesimo octauo. Item ante aduentum spiritus sancti Apostoli mortem timebant, nam in passione Christi omnes fugerunt. Mat. 26.

TERTIO, Mors bona est illis qui in bono statu moriuntur, & ideo illis appetenda est, quia etiam mali desiderant benè mori. Sic Balaam dicebat moriatur anima mea morte iustorum. Numer. vigesimotertio. Tobias iustus mortem desiderabat dicens præcipe in pace recipi spiritum meum. Tobia 3. Apostoli post spiritus sancti receptionem, sic fortificati fuerunt, vt nec verbera nec mortem timerent. Actuum per totum. Mortem desiderauit Paulus quando dicebat, cupio dissolui & esse cum Christo.

QUARTO, Mortem desiderant homines, cum aliquas granes habent passiones, vt ab eis citius eruantur, sicut Helias existens sub Iunipero, petiit vt moreretur. 3. Regum 19. Propter contumeliam ab ancilla receptam Sarra dicebat, peto Domine vt de vinculo huius improperij absolvas me, aut desuper terram eruas me. Tobia tertio. Item mortem crucis quam Christus sustinuit pro nobis ostendit quod non solum christicola debet appetere benè mori sed etiam omne genus tribulationis amore Christi sustinere. Mat. vigesimo septimo. Quamvis Paulus vitaret insidias scilicet de ciuitate in ciuitatem fugiendo persequentes non tamen timore mortis hoc fecit, sed furori cedens. Actuum per totum.

CAP. 86.

Morte horrenda moriuntur,

- 1 *Homicidae cancorosi sanguinem effundentes.*
- 2 *Tiranni maliciosi bonos opprimentes.*
- 3 *Homines luxuriosi impudenter lasciuientes.*
- 4 *Blasphemi iniuriosi Deum nequiter offendentes.*
- 5 *Sacrilegi & exosi templa Dei inuadentes.*
- 6 *Patri non obsequiosi nec illi obedientes.*
- 7 *Viri quoque perniciosi, mala semper persuadentes.*

PRIMO, Morte horrenda moriuntur &c. sic Cain qui fratrem suum occiderat, fuit à Lamech postea interfectus. Gen. 4. Pharao qui submergi fecerat filios Hebræorum, in mari cum toto exercitu est submersus. Exodi 15. Adonibesech qui manuum, & pedum summitates absciderat, ipse est postea similiter præcisus. Iudic. 28. Seba & Salmana qui occiderant fratres Gedeonis sunt occisi. Iudic. 8. Abimelech qui septuaginti fratres super lapidem interfecit fuit ab una foemina interfectus. Iudicum 9. Adolescens qui Saul occidisse dixerat ad præceptum David fuit occisus. 2. Reg. 1. Latrones qui occiderant Ibboseth, fuerunt à David, cui credebant placuisse, postea interfecti sunt. 2. Reg. 4. Ioab qui duos viros prodiciosè occiderat, fuit per Salomonis imperium interfectus. 3. Reg. 2. Achab qui iniustè fecerat lapidari Naboth, canes in campo luxerunt sanguinem suum. 3. Reg. 22. Athalia quæ omne semen regium extirpauerat, ipsa est valdè turpiter extincta. 4. Reg. 9. Andronicus in eodem loco occubuit, vbi alios fecit trucidari. 2. Machab. 4.

SECUNDO, Morte horrenda moriuntur Tiranni, qui alios opprimere delectantur iniustè, nã Sifara Tirannus à foemina clavo & malleo est confectus. Iudic. 11. Saul qui sic

iniquè Dauid fuerat persecutus seipsum proprio gladio postea interfecit. 1. Regum vltimo. Impius Benadab, à seruo suo Azaele fuit Dei iudicio iugulatus. 4. Reg. 8. Iosias tyrannus ingratus, qui fecit Zachariam lapidari, fuit postea à seruis suis interemptus. 4. Regum 12. Holofernes qui multa regna vastauerat, fuit per manum sceminæ capite truncatus. Iudith 13. Aman qui se fecit adorari fuit suspensus in patibulo quod aliis parauerat. Hester 6. Antiochus qui multorum viscera torserat, dolore viscerum est interfectus. 2. Machab. 9. Iason qui multos occiderat, mortuus est insepultus. 2. Machab. 15.

TERTIO, Horrendamorte moriuntur luxuriosi, & maximè qui deseruiunt horrende luxuriæ, nam quia omnis caro corruerat viam suam destructa est aquis diluuij Gen. 7. Super Gomorram & Sodomam misit Dominus sulphur & ignem, & subuertit eorum ciuitates. Gen. 19. Sichem qui Dinam deslorauerat, mortuus est à filiis Iacob & omnis populus illius ciuitatis. Gen 34. Filij Beniamia qui vxorem Leuitæ turpiter oppræsserant numero incredibili sunt occisi. Iudicum 20. Amon qui sororem suam oppræsserat, ab Absalone est occisus. 3. Reg. 23. de hac materia quære capite de Luxuria.

QUARTO, morte horrenda moriuntur qui nequiter dominum offendunt nam Habach & Abihu filij Aaron contra Dei voluntatem ignem offerentes alienum sunt ab ignis incendio deuorati. Leuitici 10. Qui nomen Domini blasphemauit præcepto Domini, fuit à populo lapidatus. Leuitici 24. Chore, Dathan, & Abiron qui contra Deum & Moysen surrexerunt, eos absorbit terra viuos. Numer. 16. Goliath superbum & Deum blasphemantem Dauid puer proprio gladio interfecit. 1. Regum 17. Sedechias rebellis Domino, vidit occidi filios ante se, & ipse malo exitu clausit vitam suam. quarto Regum. Alchimus Dei aduersarius percussus Paralyti mortuus est. 2. Machab. 9. Herodes quia diuinas vsurpauit laudes, perit veribus. Act. 12.

QUINTO, Mortem horrendam subeunt sacrilegi & raptores, nam Achan qui tulit de anathema Iericho, diu-

diuino iudicio fuit lapidatus. Iosue 7. Ananias & Saphira defraudantes de pretio agri, quia iam erat Deo dedicatum, diuino iudicio morte subita sunt puniri. Actuum 5.

S E X T O, Horrenda morte moriuntur, parentes qui non corrigunt filios delinquentes, & filij corporalibus vel spiritualibus non obediens vel eos in senectute deridentes, nam quia Helij non correxit filios de eorum sceleribus, de cella cadens ceruicibus fractis expirauit. primo Regum decimo. Absalon non solum obediens, sed persequens patrem suum suspendens quercu uiliter interit, fuitque triplici lancea perfoctus. secundo Regum decimo octauo. Pueri male nutriti deuorati sunt Eliseum, & ab uris sunt diuino iudicio deuorati. quarto Regum quarto. Balthasar qui pessimus fuit exemplo patris, per uisum manus scribentis, matre Techel Phares, fuit morte eadem interfectus. Dan. 6.

S E P T I M O, Morte horrenda moriuntur mali consiliarij mala suadentes & falsa testificantes, nam Achitophel qui contra David dedit consilium laqueo se suspendit. secundo Regum decimo septimo. Ciba qui mouit populum, contra David, fugiens in bello fuit decapitatus. secundo Regum secundo. Falsi accusatores Danielis, fuerunt à leonibus deuorati. Dan. 6. Sic falsi testes senes, sunt lapidati. Dan. 13.

C A P. 37.

Morte præciosa moriuntur,

- 1 *Innocenter morientes fide uel iustitia,*
- 2 *Patienter sustinentes & sine tristitia.*
- 3 *Sic decenter comminantes, quod absque malitia.*
- 4 *Sapienter instruentes suos à nequitia.*

PRIMO, Morte præciosa moriuntur Martires qui pro eorum innocentia vel iustitia vel fide sustinent passiones, sicut Abel fuit à Cain innocens interfectus Gen. 4. Miserunt impij lapides in Zachariam & eum martirem fecerunt. 4. Regum 12. Iudas Machabæus dixit (pugnando pro lege) exercitui suo volenti recedere. Si tempus martyrij est moriamur in virtute pro fratribus nostris, &c. 1. Machab. 9. Post tormenta mortuus est Eleazarus, exemplum virtutis martyrij delinquens secundo Machabæorum sexto, Pro virtute fuit Ioannes Baptista decollatus. Mar. 6.

SECUNDO, Morte præciosa moriuntur homines patientes tribulationes patientes qui in ablatione rerum, in perditione filiorum, in infirmitate corporis, patienter transiit & iuste, in tantum quod in omnibus hiis non peccarit, & post flagella annorum vidit filios filiorum suorum vsque ad quartam generationem, & mortuus est senex in pace. Iob 42. Qualitercunque vixerit latro qui pependit in cruce à dextris Christi tamen quia pœnam crucis patienter sustinuit, dicens, nos digna factis recipimus &c. sic est scèliciter mortuus. Luc. vigesimo secundo. Lazarus pauper & vlceribus plenus mortuus, in sinu Abrahæ ab angelo est portatus. Luc. decimo sexto. Christus post multas tribulationes, patri spiritum commendauit. Luc. 22.

TERTIO, Moriuntur morte præciosa homines qui in mundo benè vixerunt nam non potest nisi scèliciter mori, qui in hoc mundo scèliciter viuit, vnde secundum Augustinum, mala mors non est putanda, quando bona vita præcessit. Sic ambulauit Enoch coram Deo & tulit eum Deus, Genesis quinto. Completi sunt dies Isaac, & consumptus ætate mortuus est. Genesis 35. Aaron cum expoliasset se veste, & induisset eam Eleazaro filio suo in monte Dei Hor mortuus est. Numeri vigesimo. Mortuus est Moyses seruus Dei iubente Domino in monte Nebo, & Dominus eum sepeliuit. Deute. trigesimo quarto. Curus equi ignei diuiserunt Heliam ab Elifzo. quarto Regum 2.

QUARTO, Morte præciosa moriuntur qui cum bona recogitatione discedunt, eorum familias instruentes

Sic

Sic Iacob fructa instructione filiorum pedes super lectum posuit, & abiit. Gen. 49. Cum instraxisset Ioseph fratres suos quod ossa eius exportarent, quando egredierentur, de Ægypto, ad terram promissionis mortuus est in pace. Gen. 50. David post instructionem filij, in bona senectute obiit 2. Para. 29. Post admonitionem filij & nepotum dixit Tobias propè est interitus minimè. Tobia 14. Mathias post admonitionem filiorum positus est ad patres suos. 1. Machab. 2.

CAP. 88,

Multo plures sunt,

- 1 *Peccatores, damnati cælum ascendentibus,*
- 2 *Aduersantes castitati verè continentibus,*
- 3 *Victi infidelitate firmè credentibus.*
- 4 *Prompti in hostilitate iustè seruientibus.*

PRIMO, Plures sunt damnati Cœlum ascendentibus, filij diaboli, quam sunt saluati filij Dei, in cuius figura, multo plures fuerunt, filij Elau filijs Israel. Gen. 45. Sexcenta millia, tria millia hominum quingenta & quinquaginta, exierunt de Ægypto, de quib. solū duo scilicet, Caleph & Iosue, terrā promissurū intrauerūt Nu. 1. In cuius figura, maior pars filiorum Israel erant cum Ieroboam & tantum duo sub Roboam. 3. Reg. 12.

SECONDO, Multo plures sunt carnales & luxuriosi quam casti & honesti in cuius figura plures filios habuit Abraham de Saphira quam de Sara. Gen. 25. In cuius figura tempore diluuij inuenti sunt solum 8. Casti & honesti. Gen. 7. in quinque ciuitatibus Sodonorum, non sunt reperti decem viri, qui carnis vitio contaminati non essent Loth inter eos solus castus existens. Gen. 18.

TERTIO, Multo plures sūt homines infideles rā de præ-

Iaris & fratribus & amicis, nam inter frater Ioseph solū duo fuerunt ei liberales & alij fuerunt in eius mortem procurantes. Gen. 37. Moyses misit exploratores ad terram promissionis, sed tantum Duo Galeph & Iosue fideliter peregerunt. Nu. 13. Plures fuerunt cum Absalone, & non volebant Regnum Patris sui scilicet Dauid. 2. Reg. 15. Cum esset in Ierusalem maxima multitudo clamantium dimitte Barrabam, nō est inuentus nisi solus Petrus Dominum relaxari. Ioannis 19.

QUARTO, Multo plures sunt homines bellatores contra iustitiam pro tyrannis, quam pro iustitia defendēdo, pauperes oppressos, nam tantum bellatorum exercitus erat contra Israel, & contra Achab regem eius obsidendo Samariam, quod populus Samarię, obsidentibus non sufficiebat, & tamen diuino auxilio adiuti, fuerunt deuicti 3. Regum 2. Tantus erat exercitus Holofernis, vt sicut locuste, faciem terre perirēt. Iudith 2. Non remanserunt cum Iuda nisi octingenti viri, & in exercitum Bacchidis, & Alchimi proditorum Duo. Hominum milia pugnatorum. 1. Machab. 7.

CAP. 89.

Narratio bonorum est,

Humiliter petenda.

Diligenter audienda.

Memoriter retinenda.

Et dulciter a dimplenda.

Et contra narratio malorum est semper audienda.

Fugienda, obliuiscenda, & repellenda.

DE primis quatuor, dicitur in Psal. Cœli id est viri perfecti & sancti enarrant gloriam Dei.

De aliis quatuor, optime scribitur in Psal. Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non vt Lex tua.

C A P. 90.

Narratio senum non debet
præterire,*Amen quin audatur.**Inuicem quin retineatur.**Manum quin adimpleatur.*

PRO quibus omnibus, dicitur in Psalmo filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt suis i. scilicet vt ponant in Deo spem suam, scilicet enarrata audiendo, & non obliuiscantur operum Dei scilicet audita retinendo, & mandata eius exquirant contenta adimplendo ideo dicitur, Ecclesiastici 8. non te prætereant narratio senum.

C A P. 91.

Narrationi debet insidere Iuuenes,

*Videlicet prædicationum ed exequendum.**Peccatorum ad fugiendum.**Exemplorum ad imitandum.*

DE Primo in Psalmo, narrabo nomen tuum fratribus meis.

De secundo, Isaię narratur si quam habeo.

De tertio. In narratione attendendum est quis loquitur, vt sit informatus veritate quibus loquitur vt sint colligati veritate qualia loquatur, vt sint bona vtilitate quando loquitur, vt decenti congruitate.

De Primo, Psal. venite audite quanta fecit Deus anime mee.

De Secundo narrabo nomen tuum fratribus meis,

De tertio, Ecclesiastici 8. non te prætereant vel præcedat narratio seniorum quando ab ipsis, &c.

De quarto, Ecclesiastici 25. beatus qui narrat iustitiam auri audienti, &c.

Natiuitas quadruplex est, ire & culpæ, gratiæ & gloriæ,

- 1 Natiuitas verè misera est.
- 2 Viuendi pœnalitatem.
- 3 Moriendi necessitatem,
- 4 Pugnandi aduersitatem.

P R I M O, Iob 3. homo natus de muliere, breui viuēs tempore, &c.

De secundo, Sapientie 2. ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus quasi non fuerimus.

De tertio, Ecclesiastici laudamus mortuos magis quã viuentes, & fœlix qui nondum natus est.

Natiuitas culpæ,

Incipit in confusione.

Consistit in maledictione.

Desistit in damnatione.

P R I M O, Prouer. 17 natus est stultus in regno pro 2. Ecclesiasti. 4. vq̃ vobis viri impij, qui direlinquitis legem Dei altissimi, etsi nati fueritis, in maledictione erit pars vestra Tertio scribitur, sapientie 5. sic & nos nati continuo desinimus esse.

Natiuitas gloriæ est grandiosa in Dei visione, deliciofa in desfruitione Tutâ, in Dei tentione,

Natiuitas gratiæ est, speciosa, honorosa, fructuosa.

Natus est Christus,

Conceptione admirabilis,

Redemptione desiderabilis.

Resurrectione consolabilis.

Narratione venerabilis.

DE primo. Mat. 1. quod enim in ea natum est de spiritu sancto est.

De secundo Luc. 2. Euãgelizet vobis gaudium magnum quod erit omni populo quia natus est nobis saluaret

istor mundi.

De tertio, Ioannis. 16. Mulier cū parit tristitiam habet quia venit hora eius, cum autemperperit iam, non meminit pressure propter gaudiū, quia natus est homo in mundum.

De quarto, Luc. 2. quod autem ex te nascetur sanctum vocabitur filius Dei.

C A P. 93.

Nomen Iesus est,

- 1 *Medicina miserationis pietate.*
- 2 *Fons refrigerationis temperatè.*
- 3 *Iustitia retributionis, equalitate.*
- 4 *Virtus sustentationis firmitate.*
- 5 *Vita durationis longanimitate.*
- 6 *Via illustrationis securitate.*
- 7 *Cibus perfectionis suavitatè.*

DE quibus Ambrosius libro 9. de virginitate loquēs de beatissimo nomine Iesu sic inquit, si vulnus desideras medicina est, si febribus æstus fons est. Si grauens iniquitate, iustitia est, Si auxilio indiges virtus est, Si mortem times, vita est. Si tenebras fugis, Lux est. Si cibum quæras, alimentū est. Gustate & videte quoniam suavis est dominus, & sperent in te qui nouerunt nomen tuum in Psal.

Nomen Iesu est à Deo præordinatum,

In Patriarchis præfiguratum.

In Prophetis pronunciatum.

Ab Angelo præconizatum.

A Doctõribus interpretatum.

A fidelibus veneratum.

Ab indigentibus inuocatum.

DE primo, Isaie 62. vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit.

De secundo, Ecclesiastici 46. fortis in bello Iesus naue, & Cap. 60 Iesus filius Sirach & Zach. 2. Iesum sacerdotem magni

De tertio, Isaie 7. Ecce uirgo concipiet & pariet filium & vocabitur nomen eius esmanuel.

De quarto Luc. 1. vocabis nomen eius Iesum, hic erit magnus &c.

De quinto, Mat. 1. vocabis nomen eius Iesum id est Saluatorem ipse saluum faciet populum à peccatis eorum.

De sexto, Philip. 2. in nomine Iesu, omne genu flectatur, &c.

De septimo, Ioannis 16. vsque modo non petistis quiequam in nomine meo.

Nomen Iesu est multiplex,

Iesus utilitatis saluationis.

Christus dignitate prelationis.

Virtus strenuitate comparationis.

Sapientia subtilitate cognitionis.

Verbum veritate predicationis.

DE primo, Mat. 1. vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum à peccatis eorum.

De secundo, Psal. oleum effusum nomen tuum, Christus interpretatur vnctus.

De tertio & quarto, primæ ad Corinth. prædicamus Dei virtutem & Dei sapientiam.

De quinto, Ioann. 1. in principio erat verbū, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum.

Nomen Iesu in Patriarchis fuit verificatum scilicet,

In Iesu naue principatu.

In Iesu filij Sirach patriarchatu.

In Iesu Iosedech pontificatu.

Hic enim tres, signant potentiam, sapientiam, & clementiam Saluatoris; contra senitiam, astutiam, & malitiam tentationis.

DE primo fortis in bello Iesus nauæ sit in te benedictus Iesus Christus.

Hunc Iesum nauæ legimus fuisse
orbis exploratorem,

Hostis de bellatorem.

Gentis collatorem.

Et fortis diuisorem.

PRIMO, Christus orbem explorauit per Apostolos in prædicatione,

Hostem de bellauit per eius deuictionem in passione.

Gentem collocauit per ianuæ apertionem in resurrectione,

Fortem destinauit per mansionum distributionem in ascensione,

DE secundo, Ecclesiastici 50. doctrinam hanc scripsit in Codice iste Iesus filius Sirach Ierosolymita.

Hunc Iesum legimus renouasse
legem,

Congregasse plebem.

Exhortasse regem.

Exaltasse gentem.

Sic iste Iesus Christus benedictus sapiens qui fuit legis reuocator in sacramentorum institutione. Plebis congregator, in Apostolorum prædicatione, Regis exhortator in tormentorum passione, Gentis exaltator in cælorum ascensione.

DE tertio Zachariæ 2. Audi Iesus Sacerdos magnæ.

Hunc legimus sacrificium immolasse,

Mundum pacificasse.

Statum commutasse.

Populum renouasse.

Sic Iesus Christus Filius Dei benedicti, mundum pacificauit, per incarnationem statim commutauit per Sacramentorum inuouationem, populum reuocauit per Apostolorum prædicationem. Sacrificium immolauit, per propriam passionem, templum reparauit per suam resurrectionem.

Nomen Iesu fuit à Prophetis prænuntiatum.

Isaiæ 9. vocabitur nomen eius Emanuel.

Admirabilis propter iudicia inflexibilis æquitas.

Consiliarius propter remedia inexplicabilis pietatis.

Deus propter imperia incomprehensibilis maiestatis.

Fortis propter præsidia immercibilis potestatis,

Pater futuri seculi propter incendia inextinguibilis
charitatis.

Princeps pacis propter stipèdia inextimabilis largitatis
vel potest dici admirabilis nomen Iesu, inestimabilis
operatione.

Consiliarius vocali prædicatione, Deus vniuersali per-
tione.

Fortis triumphali collatione. Pater futuri seculi fina-
liratione.

Princeps pacis generali prælatione.

De primo, Psal. confiteatur nomini tuo, quoniam terri-
bile & sanctum est.

De secundo, in Psal. psallam nomini eius quoniam suauè.

De tertio, Psal. laudabo nomè Dei cū Cantico. & magis
dicitur Psal. expectabo nomen tuum quoniam sanctum est.

Nomè filij Dei dicitur, impressio per modum scripturæ.

Filius per modum naturæ, verbum per modum impressionis.

Imago per modum figuræ, emanatio per modum
emanationis.

Nomen Iesu est ab omnibus confitendum ferenter.

Venerandum reuerenter, psallendum libenter, laudandum gratanter

Nomen Iesu est ab omnibus inuocandū, quia est cibus esurientium, præcandū fideliter virtus præliantiū, manus operantium, lucerna errantium, medicina languentium.

De primo, Isaia 7. apprehendent septē mulieres virum vnum, in die illa dicentes, panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur tantummodo inuocetur super tuum super nos.

De secundo, Prouerb. 18. turris fortissima nomē tuum Domine, ad ipsum currit iustus & saluatur.

De tertio, Mat. ultimo in nomine meo demonia eiciēt.

De quarto, in Psal. Domine Dominus noster, quā admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

De quinto, Ieremia 18. tu autē in nobis es Domine, & nomen sanctum tuum inuocatum est super nos, &c. Et Actuum 5. in nomine Iesu Christi surge & ambula.

De sexto, Apoc. 2. vincenti dabo manna absconditum & dabo ei calculū candidum, & in calculo nomen nouum scriptum quod nemo scit nisi qui accipit.

Nomen Iesu est,

Infirmantibus oleum pietatis.

Operantibus balsamum charitatis.

Contemplantibus, testimonium veritatis.

Inuocantibus iudicium æquitatis.

Præliantibus brachium probitatis.

Triumphantibus brauium dignitatis.

Languentibus, remedium sanitatis.

Captiuis solacium libertatis.

Templatis præsidium firmitatis.

Vexatis subsidium iocunditatis.

Exulatis refugium securitatis.

Consummatibus stipendium felicitatis.

DE primo, Canticorum. id est oleum effusum nomen tuum.

De secundo, Mat. 18. vbi duo vel tres congregati fuerunt in nomine meo.

De tertio, Ioannis 14. quem mittet Pater in nomine meo.

De quarto, Ioelis 2. quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit.

De quinto, Actuum 22. paratus sum mori pro Christi nomine.

De sexto, Apoc. 7. scribam super eum nomen meum.

De septimo, Actuum 3. in nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula.

De octauo, Actuum 10. non est aliud nomen sub cœlo, in quo oportet nos saluos fieri.

De nono, Ierem. 14. nomen tuum inuocatum est super nos.

De decimo, Actum 1. habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

De undecimo, Prouerb. 18. turris fortissima nomen Domini.

De duodecimo, Apoc. 2. scribam super eum nomen meum.

Nomen Iesu est patratium miraculorum,

Purgatiuum peccatorum.

Subiugatiuum vniuersorum.

Benefactiuum electorum.

DE primo, Actuum 3. in nomine Iesu Christi surge & ambula.

De secundo, Actuum 10. huic omnes Prophetæ, testimonium perhibent, se accipere remissionem peccatorum per nomen eius.

De tertio, Philippen. 2. dedit illi nomen, quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu, omne genua flectatur, &c.

De

De quarto, actuum, non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

C A P. 49.

Nomina electorum sunt veneranda, quia alta dignitate inuocanda, quia plena pietate, imitanda quia informatiua veritate, prædicanda, quia magna sanitate, memoranda, quia dulcoratiua bonitate.

De primo, Luc. 10. Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis.

De secundo, Mat. 10. Duodecim nomina Apostolorum sunt hæc.

De tertio Apocalip. 21. Murus ciuitatis habens fundamenta duodecim nomina Apostolorum.

De quarto, & de quinto, quæ in concordantiis.

C A P. 95.

Nonus dicitur quis,

Imaginem ex qua figuratur.

Imaginem cum qua contemplatur.

Propaginem ex qua secundatur.

Compaginem ex qua copulatur.

De ordine cum quo regulatur.

Originem pro qua adoptatur.

In nomine in quo intitilatur.

In famina in quo declaratur.

Ex tegmine cum quo adoratur.

Ex humero cum quo illustratur.

DE primo ad Cor. 3. nos omnes reuelata facie gloriam Dei speculantes in eadem imagine transformamur, de aliis quære in concordantiis.

Nubes signat spiritua'em virum quia haber.

- 1 *Leuitatem ascendendi.*
- 2 *Agilitatem destruendi discurrendo.*
- 3 *Aquisitatem complendi.*
- 4 *Multiplicitatem implendi.*

PRIMO, Nubes signat virum spiritua'em esse liberum & leuem à mundialibus, immunem à carnalibus, virtutibus irriguum, à carismatibus multis.

De primo, ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis.

De secundo, Deut. 33. Magnificencia eius discurrent nubes.

De tertio, Iob 28. Ligat aquas in nubibus.

De quarto, 3. Regum 18. Ecce cœli tenebrati sunt & nubes.

Nuptiæ Christi & Ecclesiæ fuerunt,

- 1 *Contractæ in incarnatione.*
 - 2 *Ratificatæ in passione.*
 - 3 *Consummatæ in spiritus sancti missione.*
- in nuptiis Paradysi est cultus preparationis tempus exultationis.

DE primo, Apoc. 19. Gaudeamus & exultemus.
 De secundo, Mat. 25. quæ præparatæ erant intra-
 uerunt cum eo ad nuptias.
 De tertio, Hester 2. Rex Assuerus fecit conuiuium.

Nuptiæ quædam sunt,

Tolerabiles & licitæ.

Detestabiles & prohibitæ.

Mundabiles & nitidæ.

Admirabiles & altæ.

Venerabiles & dignæ.

Delectabiles & pulchræ.

IN primis, masculis fœminæ corporaliter.

In secundis, diabolus animæ damnabiliter.

In tertiis, Deus animæ spiritualiter.

In quartis, Filius Dei humanę naturę personaliter.

In quintis, Christus Ecclesiæ sacramentaliter.

In sextis, Anima beata gloriæ æternaliter.

DE primo, 1. Cor. 7. Si nupserit virgo non peccat, qui non continent nubant, datum est enim matrimonium in officium multiplicandę posteritatis remedium vitandę iniquitatis, solatium indiuiduę societatis, Et id ad ita debet esse intentio non ad aliquam impuritatem, quia sicut dicit Ambrosius, vehemens amator vxoris adulter est, ideo dicitur, Thessa. 6. Efficitur enim sponsa viri per corporalem coniunctionem diaboli, anima per transgressionem, Dei anima per gratisfactionem, filij Dei humana natura, per vnionem Christi, Ecclesia, per sacramentalem vsum beati gloriæ, per æternalem remunerationem,

C A P. 98.

Nunc est dies dandi commissæ.

Dies lamentandi in corde interius.

Dies debellandi aduersarum acies.

Dies decantandi Deo laudum species.

- Dies operandi in domini vinea.*
Dies Deo dandi promissa idonea.
Dies ministrandi in legali curia.
Dies ambulandi & fugiendi.
Dies inuocanti Dei adiutorium.
Dies recordandi sumptum beneficium.
Dies auscultandi diuina consilia.
Dies manducandi diuina cibaria.
Dies inuitandi egenos ad prandium,
Dies expectandi diuinum iudicium.
Dies obseruandi festa & solemnia.
Dies regulandi nitè prauè in via.
Dies preparandi ad regis nupias.
Dies refecandi mundanas delicias.
Dies relaxandi offensa peccantibus.
Dies postulandi pacem omnibus.

PRO quibus omnibus dicitur Iosue 6. Jericho erat munita timore filiorum Israel, & nullus egredi audebat vel ingredi, dixit Deus ad Iosue, ecce dedi in manus tuas Jericho, & regem eius, omnesque fortes viros, circuite urbem semel per diem sic facietis sex diebus septimo autem die sacerdotes tollant buccinas quarum usus est in Iubileo, & præcedant Archam fœderis, &c.

CAP. 99.

Obedire debet homo,

- 1 Deo non gentibus sibi importunis.
- 2 Præsentibus sibi prepositis.
- 3 Suis parentibus pacis appositis.
- 4 Factis non vocibus atque compositis.

- 5 *Non differentibus mors propositis.*
- 6 *Magna iubentibus benè dispositis.*
- 7 *Pro succedentibus sibi repositis.*
- 8 *Non obsequentibus malè dispositis.*

PRIMO, Debemus Deo magis quam hominibus obedire, quia non præcepit nobis contraria ad salutem vnde Matathias dixit, nuncio Antiochi, & si obediunt omnes regi Antiocho, ego & filij mei Deo obedientes erimus. 1. Machab. 2.

SECUNDO, Vnus illorum septem fratrum qui noluit obedire regi, ut carnes contra præceptum Domini manducaret, dixit parati sumus mori magis quam transgredi mandata Dei. 2. Machab. 7. Petrus dixit obedire Deo oportet magis quam hominibus. Act. 5. 1. Obedire oportet prælatis siue sint boni siue mali, dum bona & honesta præcipiunt, ideo dixit Christus super cathedram Moysi sederunt &c. Sequitur, quæ dicunt vobis facite, &c. Mat. 23. Cornelius dixit Petro quem Dominus prælatum reliquerat, omnes nos sumus parati obedire quæcunque sunt tibi præcepta à Domino. Act. 10. Paulus electus in socium sibi, quando recessit à Barnaba, perambulabat Syriam & Sciliciam confirmans omnes Ecclesias & præcipiens obedire præceptis seniorum & Apostolorum. Act. 15.

TERTIO, Obedire debemus parentibus, si non præcipiant indiscreta aut ad salutem contraria, ideo dixit Paulus, filij obedite parentibus vestris ad Collossen. tertio. Sicut Ioseph obediuit patri suo mittenti eum ad fratres suos, quamuis prius accusasset eos, ex quo timere poterat, nec propter hoc obedientiam recusauit Gen. 37. David iam iniunctus in regem, obediuit patri suo, & fratribus victualia deportauit. 1. Reg. 17. Tobias iunior dixit patri omnia quæ præcepisti faciam pater. Tob. 5. Patris etiam qui remanent loco patris obedire debemus. Sic Hester obediebat Mardocheo in omnibus, quam sicut parulam nutrebat. Hester 2. Iesus descendit cum Maria & Ioseph in Nazareth & erat subditus illis. Luc. 2.

Q V A R T O, obedire debet homo Deo non solum lingua sed opere & veritate, ideo magnam obedientiam promiserunt Deo filij Israel dicentes: omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes, tamen contrarium fecerunt. Exodi vigesimo quarto. De obedientibus Deo verbo plusquam facto, Christus exemplum duorum filiorum exposuit, quorum vnus dixit se iturum operaturum in vineam & non iuit, alius negauit se iturum operaturum & iuit. Mat. 9.

Q V I N T O, Obediendū est promptè non procrastinando, sic Noe promptè obediuit Deo in omnibus quæ præcepit ei. Gen. 7. Assumpti ad prælationem debent se iuste regere, & ad voluntatē maioris primo obedire, vt alij videntes eorum exemplo obediant exemplo Moyfi qui quinq̄ies excusauit se de ducatu populi, sed postea humiliter obediuit. Exodi 34. Filij Israel ad Domini præceptum, promptè perfectè obedierunt quia erigebant tentoria ad eius præceptum, non differebāt deponere. Num. 9. Perfectè obedierunt Apostoli & promptè qui relictis nauibus & patre secuti sunt Christum, simile de sancto Mattheo. Luc. 5. Saulus audiens vocem Iesu Nazareni respondit, quid me iubes facere? Act. 9.

S E X T O, Debet homo obedire quantumcūque res quæ sibi mandatur sit difficilis, nam obedientia mandati circumcisionis facta Abrahamæ licet difficilis esset non tamen distulit adimplere. licet inferius per diuersa tempora fecit. Gen 17. & 18. Graue erat Abrahamæ de filij immolatione præceptum, & tamen nisi Deus aliter ordinasset, sine mora voluit adimplere. Gen. 22. Ideo serui Naaman sibi dixerunt, etiam si rem grandem dixisset tibi propheta facere debueras. 4. Reg. 5. difficilem obedientiam impleuerunt Iecabite non bibere vinum nec ædificare domos in sempiternum sicut à patre fuerat eis imperatum. Ieremia 3. & 5. Præceptum circumcisionis licet esset difficile, tamen Christus puer voluit in se adimplere. Lucæ secundo.

S E P T I M O, Obedientes Deo, ad plenam victoriam temptationem habentes, ex hoc in cælo recipient exaltationem, ideo Salomon, vir obediens loquitur victorias, prouerbiorum vigesimoprimo. In cuius figura quicum

que filij Israel pugnauerunt de mandato Domini pugnati de multis victoriam habuerunt. Num. 31. Predixerat Dominus Salomoni quod si precepta eius seruaret poneret folium eius super Israel in sempiternum 3. Reg. 2. Ob hanc causam Christus obediendi nobis exemplum insinuans factus est obediens vsque ad mortem. ad Philip. 2.

OCTAVO, Obedire volentes, sed e contra inobedientes grauitur puniuntur. Ideo prima precepta in primis parentibus ex inobedientia sunt valde puniuntur. Gen. 3. Filij Israel cum contra mandatum Domini ad terram promissionis conarentur ascendere, & contra mandatum ad bellum euntes voluntate Diuina fuerunt prostrati, nec ex eis illam terram intrauerunt nisi Caleph & Iosue Num. 24. Quia populus mandatum Domini est transgressus de anathemate Ierico reseruantes, ascendentes contra inimicos eorum debellati sunt Iosue. 7. Saul qui contra mandatum domini Samuelis sacrificium, de preda vestra obtulit & Agar Regem pinguisimum reseruauit, fuit a Domino reprobatus ideo dictum est ei melior est obedientia quam victima. 1. Regum 13. dixit dominus Salomoni, quod si non custodiret mandatum suum deleteret de terra superficiem throni eius. 1. Parallip. vltimo. Similiter percussus est a Leone Propheta qui voluntate Domini percutere noluit vnum de Filiis Prophetarum vbi ostenditur quod obedientia interdum datur de iis que sine ratione videntur mandata. Ionas qui recusabat Domino obedire v Niniue populo predicaret in mare fuit Domino disponente proiectus, & a Cete absorptus. Ionæ 2. & 3.

CAP. ICÖ.

Operantem attendit Deus;

- 1 Si sit perfectus in opere.
- 2 Si sit rectus in intentione.
- 3 Si sit eleuatus in executione.

PRIMŌ, attendit Deus si operans sit Bonus & Deo gratus, nam si persona non sit accepta eius seruitium nō acceptatur, nā licet impoliticis habeatur quod homo faciendo iusta, etiam si non bonus tamen quia iustè facit, iustitia iustus est, vnde secundum Philosophum, oculus videt acutè, quia potest videre Prius. Primo Deus respicit operantem, sicut bonus, & tunc si sit, acceptat eius seruitium, nam licet Cain & Abel quilibet offerret, quia tamen Abel bonus, & Cain malus, respexit dominus ad Abel & ad munera eius, ad Cain autem non respexit. Gen. 4. mirabilia fecerunt in Ægypto Moyses & Aaron, eo quod accepti erant Deo Exod. 7. Bethsami- ræ viderunt Archam, & sacrificium obrulerunt domino, & tamen percussit eos plaga magna, vt cognoscerent quod propter eorum peccata Archam domini videre nō debebant. 1. Reg. 6. reprobauit dominus sacrificia populi quæ iusserant offerri, propter prauitatem offerendum. Isaïæ 1.

SE C U N D Ō, operantem attendit Deus ex intentione quam habet homo in operando, magis quam ex opere, cum enim opus ordinatè possit facere acceptum Deo ex intentione perfecta, secundum intentionem meliorem acceptat Deus, vt dare æleemosinam vel ieiunare vel punire propter fauorem humanum, quod est malum, vel occidere hominem, ita quod intentiō operi finem ponit, Ideo promisso à domino Abrahamæ filio nascituro de Sara sterili risit Abraham & Sara, sed quia risus Abrahamæ non fuit lasciuus, sed iustus non fuit à domino reprobatus, quia riserat ex lætitia, Risus ante Saræ fuit reprehensus quia risit ex diffidentia impetrationis Gen. 17. & 18. Talia Thuribula, & fortè nobiliora habuit Chore & compli- ces eius qualia & Aaron, & tamen bonam intentionem Aaron Deus habuit gratam. Nu. 16. acceptauit Deus mu- nera parua mulieris pauperulæ, eo quia bona intente- ne faciebat plus muneribus diuitum. Luc. 12. Zachæus pura intētionē desiderabat videre Iesum ideo fuit ab eo consolatus Luc. 19. Desiderabat hoc idem Herodes sed peruersa intentione ideo nullum fructum recepit.

TE R T I Ō, operantem Deus attendit si opus quod facit ex officio sibi commissio incumbat, alioquin si sibi
vsurper

vsurpet quod suum non est, nec placet Deo nec acceptat, nam Saul expoliavit se, & prophetare Cœpit, sed parum ei profuit, quia non erat suum facere 1. Reg. 19. Item Aza extendit manum suam, & tetigit Archam ne caderet de plastro qui fuit percussus à domino, quia hoc solum erat officium sacerdotum, vel lectorum. 2. Reg. 6. Licet offerre sacrificium sit bonum non tamen nisi sacerdotibus, cõvenit, Ideo Ozias percussus est quia moræ sacerdotum voluit insensum adolere. 1. Paralip. 26.

C A P. I O I.

Opus bonum Deus,

1. Amplificat gratis inmittentis.
2. Rectificat aptum sacramentis.
3. Pestificat malis impedimentis.
4. Notificat suis ornamentis.
5. Vivificat suis dilamentis.
6. Damnificat lentos nos nocumentis.

P R I M O, Opus bonum placet Deo quod opus ipse docet, nam in statum innocentie ipse Deus posuit hominem in paradiso ad hoc existens scilicet ut operaretur & custodiret illud Gen. 2. Similiter hominem post peccatum dimisit Deus de paradiso, ut operaretur terram. Gen. 3. Laudabilia opera patrum, magnificat dominus Deus, & proponit dicēs, si filij Abraham estis opera Abraham facite Ioannis. 8. Ob hanc causam dicitur, in omni gente qui timet Deum & operatur iustitiam accetus est illi, actis, ut Deo placeret Paulus, manebat cum Aquila Hebræa & ipsam cum Præscilla Ducens Syriam nauigavit. Actorum, 18.

S E C V N D O, Opus bonum Deo est acceptum edificare ecclesias, cum dominus dat bonam occasionem, nam Salomon in modico tempore, opus tēpli maxima consummavit. 3. Reg. 6. & 7. filij Israel cœperunt edificare templum, antequam alia opera inchoarent, Præcepit Darius ut edificaretur domus domini in Ierusalem, & darentur sumptus de Arca Regis, ne impediretur opus. Esdræ 6.

TERTIO,

TERTIO, Opus bonum multos habet impeditores: nam opera quæ filij transmigrationis faciebant, fuerunt sapè in reditu Babylonis ab impediensibus molestata, Efdrà 4. Illud opus pium quod Magdalena exhibuit vnguendo Christi Iesu caput & pedes, Iudas, cum alijs discipulis murmurauit Mat. 26.

QUARTO, Opus bonum manifestat hominem sicut fructus manifestat arborè Ideo dixit Christus, attendite à falsis prophetis, &c. Et sequitur à fructibus eorum cognoscetis eos, Mat. 7. de seipso dicit opera quæ ego facio testimonium perhibent de me, & alibi fr non mihi creditis operibus credite Duo discipuli non cognouerunt Christum donec fuerunt cum eo in vrbè & postmodum cognouerunt eum in fractione panis Luc. 24.

QUINTO, Opus bonum remuneratur, quia nullu bonu Deus irremuneratum relinquit. Propter quod Ezechias qui fecit bonu corà Deo, Valde est prosperatus. 2. Paralip. 21. Meretur enim opus bonum, pro remuneratione indulgentiam peccatorum, nam vidit Deus opera iniuitatum quæ erant & miserus est eis Ionæ. 3. serui qui acceperant talenta, & operati sunt in eis remunerati sunt dupliciter Mat. 25. propter hanc causam Apostolus comparat bona opera semini, quod minutum nascitur, & tamè fructus plurimus expectatur, dicens qui parce seminat, parçè & metet. 2. Cor. 9. Item Thabita propter bona opera quæ agebat meruit à Petro suscitari. Actuum. 9.

SEXTO, Opera bona facere nolentes sed ocio vacantes grauia facinora perpetrant, nam legitur quod tempore quo solent Reges transurgere, Dauid vacans ocio adulterium & homicidium perpetravit 2. Reg. 11. Arguuntur à Domino etiam otiosi quando vocantur operarij ad mercedes Mat. 25. Seruus in vno talento qui noluit operari fuit a domino turpiter reprobatus, Mat. 25. Paulus reprehendit valde ociosos. Dicens qui non laborat non manducet ad Thessa. 3.

Opprimunt mali bonos,

- 1 *Illis inuidentes de fœlicitate.*
- 2 *Contradicientes in carnalitate.*
- 3 *Illos inuadentes præcupiditate.*
- 4 *Illos persequentes ex malignitate.*
- 5 *Illos odientes dictorum veritate.*

P R I M O, Ex inuidia mali opprimunt bonos sicut insultauit Cain contra Abel & occidit eum Gen. 4. Item Esau inuidus quia Iacob benedictionem patris habuerat voluit eum interficere Gen. 27. Ægyptij inuidentes filiis Israel, quia crescebant, oderant eos, & eos oppresserunt exodi. 1. Saul ex sola inuidia persecutus est David, eo quod illi victoriis fuerit attributa 1. Regum. 17. Christus ex sola inuidia fuit Annæ & Caiphæ à Iudeis præsentatus & finaliter crucifixus Marci. 2.

S E C U N D O, Mali opprimunt bonos, propter eorum luxuriam, quando bona impediti exercere non possunt: vel quia eos de luxuriæ vicio calumniantur sicut domina cui seruebat Ioseph, quia suam concupiscentiam complere non potuit, eum fecit opprimi malitiosè. Genes. 39. Sodomitæ propter suam luxuriam animam Loti contrastantes ei molestiam inferentes, propter Angelos quos homines esse credebant nequissimè vexauerunt. Genes. 19. Duo luxuriosi Senes propter eorum luxuriam ad petitionem nequiter oppresserunt. Danielis 13. Herodes propter luxuriam ad petitionem meretricis Iohannem Baptistam in carcere decollauit. Marci 6.

T E R T I O, Mali opprimunt bonos, propter eorū superbiam & ambitionem diuitiarum sic Abimelec ambiens principatum fratres suos nequiter interfecit Iudicum 9. Absalon ambiens Regnum Israel patrem suum David est acriter persecutus 3. Reg. 15. Aman superbas procurauit Mardocheum occidere & omnes Iudeos, si Deus aliter non ordi-

non ordinasset. Hester 6. Propter superbiam Nabugodonosor, fecit statuam auream, pueros verò non adorantes, iussit proiici in fornacem ignis ardentis. Dan. 3.

Q V A R T O, Mali opprimunt bonos, ex sola cordis nequitia, & damnatione mortis. Sic impia Iezabel opprimebat Eliam Prophetam. 3. Regum 18. Rex Ioram audiens famem Samariæ, in qua mulieres famæ filios suos comedebant, caput Elisæi præcepit amputari. 4. Regum 6. Nequissimus Holofernes, voluit Iudeos opprimere Iudith 2. Propter suam nequitiam Antiochus in Ierusalem multorum hominum mortem procuravit. 1. Machab.

Q V I N T O, Mali opprimunt bonos, quia boni veritatem loquuntur, quam ipsi odio habent, sicut ab impio Ioiadæ lapidatus est Zacharias qui eum verissimè instruebat. 2. Paralipo. 24. Sic Ieremias fuit à Rege missus in carcerem, quia ei nunciaverat veritatem. Iere. 18. Ananias falsus Propheta voluit confundere Hieremiam verissimum Prophetam. Hierem. 28. Principes sacerdotum & socij accusauerunt Apostolos qui veritatem Dei loquebantur. Actuum 5. Iudæi Stephanum lapidauerunt, quia non poterant resistere veritati quam loquebatur Actuum 7. Paulus quia prædicabat veritatem cum Barnaba, multas à Iudæis habuerunt oppressiones. Actuum 14. & 16. Iesus quia loquebatur veritatem, à Pharisæis est multoties persecutus, Mat. Luc. Marci. Ioannis.

CAP. 103.

Orantes debent attendere,

- 1 Pro quibus acquiritur & quæ deprecantur.
- 2 Tempus, quod acquiritur, in quo contempletur.
- 3 Modum, qui requiritur dum hoc præstolantur.
- 4 Causam, quæ perquiritur vt exaudiantur.
- 5 Fructum qui acquiritur vt ex pediantur.

PRIMO

PRIMO, Orare volentes debent attendere qui sunt illi qui debent, & pro quibus debent facere suas orationes, pro cuius euidencia, sciendum quod orare debent, præidentes singulariter pro suis subditis eligentes specialiter pro suis electis. Primo debent orare prælati, pro suis subditis, quia ipsorum est officium, vt suis orationibus, à populo, iram Dei auertant. Sic cum post adorationem vituli Moyses Dominum deprecatus, vt iram suam à populo separaret Exod. 32. per orationem Moysis absorptus est ignis, Maria soror Moyfi propter peccatum suum facta est leprosa, sed Moyses prælatus suus, pro ea Dominum orauit, & restituta est pristinae sanitati. Num. 11. Pro afflicto populo Israel pro peccatis suis, à serpentibus, orauit Moyses, & salubre remedium habuerunt. Num. 21. Samuel dixit ad Populum absit hoc peccatum à me, vt cessem orare pro vobis, ostendens quod est grauiter peccare qui pro suo populo non exorant. 1. Regum 12. Ideo Paulus suo discipulo Timothæo dicit, cui memoriam in orationibus habeo ad Timo. 1.

SE C V N D O, Orare debent electores alicuius prælati, vt Deus provideat eis de prælato idoneo, qui populum sibi subditum bene regat, in cuius figura, ipse Dominus dixit rogate Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Luc. 10. Apostoli volentes vnum de discipulis, dixerunt tu Domine qui nostri corda omnium, elige vnum ex his duobus, &c. Act. 1. Et imponentes eis manus. Act. 1. & 3. orare debent homines, scilicet pro peccatoribus & inimicis ecclesie, qui pro se non sunt apti ad adorandum. Sicut deuote orauit Abraham Dominum vt parceret Sodomitis. Gen. 18. Moyses multotiens orauit Dominum vt plagam auerteret ab Ægypto at licet Ægyptij fuerint mali fuerunt tamen à Domino exauditis pluries. Exod. 9. & 10. Ozyas summus pontifex orauit pro Eliodoro, qui Ecclesiam voluit spoliare. 2. Machab. 3. Christus pro inimicis nos orare docuit. Mat. 5. Christus pro illis eum crucifigentes orauit. Luc. 23. Stephanus orauit pro iis eum lapidante. Act. 7. Paulus pro peccatoribus orabat, vt Deus vocaret eos ad pœnitentiam. Tit. 2.

TE R T I O, Orare possunt volentes attendere ad tempus scilicet quando est orandum, & notandum quod est orandum

orandum omni tempore sed principaliter quando,

Iter agentibus, ire disponitur,

Bene volentibus, verum proponitur.

Cœnam quærentibus mensa apponitur.

P R I M O, Orandum est quando ad aliquem locum pergere volumus, vt Deus in viam pacis dirigat pedes nostros & custodiat nos sicut Iudith oratione præposita iuit ad Holofernem, quam Angelus euntem & redeuntem custodiuit, Iudith 13. propter hanc causam dicitur oramus vt securè, & prosperè eueniant nobis. 2. Esdræ 4. & 8. multum confidebat Iudith ire ad Holofernē quando dicebat populo nihil fiat pro me nisi oratio Iudith, 8. Item Paulus dicebat Romanos obsecrans, si quomodo iter prosperum habeamus ad Rom. 1.

S E C V N D O, Homo debet orare, quando habet aliqua verba proponere, vel ad interrogata respondere, vt Dominus mundet labia sua, vt dignè possit pronuntiare, sic exorauit Esaias, vt Deus sibi labia mundaret. Esaiæ. Hester locuta ad Regem Assuerum rogauit Mardocheum vt congregaret Iudæos qui erant Susis, & ipse cum eis postea Dominum precaretur Hester 4. Ideo Paulus dixit Colloensibus, fratres orate pro nobis, vt ostium sermonis aperiat ad loquendum misterium Christi, vnde fortè habuit exordium quod religiosi & prædicatores in principio sermonis eorum, petunt fieri deprecationes & orationes vt dignè & salubre proferant verbum Dei, ad Collossen. 3.

T E R T I O, Debet homo orare cum debet cibum sumere, & cum etiam acceperit, debet gratias referre. Sic Neemias orauit Dominum, dum daret Regi bibere Neemiæ 2. Christus dum discumbere faceret multa milia hominum, de paucis panibus, prius quam diuideret, eleuatis oculis in cœlum orauit, Mat. 10. Luc. 2. Post cœnam in qua corpus suum consecrauit gratias egit & hymno dicto, 2. Mat. 26.

Q V A R T O, debet homo orare omni tempore, vt in aduersitatibus nobis oppositis Deus nobis succurrat. Sic Thobias ab vxore propria tribulatus confugit statim ad orationem. Thob. 4. Azarias & socij eius in tribulatione feruacis positi ad orationis remedium confugerunt Danielis

anielis 3. Filii Israel tribulati, ab Holoferne ad Dominum clamauerunt, Judith 4. Tribulatus Mardocheus pro se & populo orauit ad Dominum Hester 4. Jonas afflictus in ventre Ceti orauit, & saluus à Deo est redditus Ionæ 2. Iudæi positi in tribulatione orauerunt & fuerunt exauditi 2 Machab. 3. Paulus ad terram prostratus excecatus veniens Damascum, orauit, & fuit illuminatus. Act. 9. Petrus seruabatur in carcere, oratio fiebat ab Ecclesia ad Deum pro eo. Actuum 11.

TERTIO, Orare volentes attendere debent ad modum orandi, id est, qualis debet esse oratio recta, & est sciendum quod dignè orare volentes debent orare scilicet,

- 1 *Cum solitudine separabilitatis.*
- 2 *Cum seueritate lachrimabilitatis.*
- 3 *Cum multitudine vere fraternitatis.*
- 4 *Cum amaritudine sancte humilitatis.*
- 5 *Cum solitudine assidualitatis.*

PRIMO, Oratio debet esse solitaria, & separata à tumultu & solitudine. Ideo Iacob deuotè orare desiderans sequestrauit se. Gen 32. Sic oratio solitaria & mentalis in aures Dei clamat: sic patet de Moyse mentaliter & solitariè deprecando, cui dixit Deus, quid clamas ad me Exod 14. deprecatus Dauid Dominum pro filio suo paruo, egressus seorsum iacuit in terra. 2. Regum. 12. Dimissa turba ascendit Christus in montem solus orare. Mat. 13. Ascendit Petrus in superiori parte domus orare ut diutius posset orare, ab aliis separatus. Act. 20. In templo Paulus solitariè orans vidit mirabilem visionem scilicet Iesum Christum apparentem sibi. Act. 12.

SECUNDO Oratio debet esse lachrimosa cum seueritate doloris ex magna deuotione ideo Ezechias sese conuertit ad Deum, vertit se ad parietem, quia versus illam partem erat templum, Deum orauit cum lachrimis: ideo fuit à Domino exauditus: 4. Regum 2. Fleuit Susanna, & aspexit in cælum, & orauit ad Dominum, & oratio eius fuit exaudita Danielis 13. Magdalena

Magdalena in sua conuersione, non legitur orasse vocaliter sed credendum est eam orasse mentaliter & fleuisse pedes diu rigando. Luca 7.

TERTIO, Oratio debet esse vnita in multitudine hominum in vinculo charitatis, multum enim placet oratio multitudinis eorum, qui sunt in charitate coniuncti, ideo sacerdotes & viri vnanimis cum mulieribus resolutis crinibus Deum orauerunt extensis manibus ipsius ut eos de inimicorum manibus eripere dignaretur. 2. Machab. 6. Christus dixit, si duo ex vobis cōsenserint, de quacunque re &c. Matt. 6. Post ascensionem erant omnes discipuli cum mulieribus in oratione perseuerantes vnanimiter. Actorum 1. omnes fideles in primitiua Ecclesia, erant vnanimis in oratione & doctrina Apostolorum. Actuum 1. Cum orassent discipuli vna voce, commotus est locus in quo erant congregati, & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & verbum Dei loquebantur cum fiducia. Actuum 4.

QUARTO, Oratio debet esse humilis, & sui status recognitiua nam miro modo fuit humilis & deuota oratio. Manasses 2. Paralip. in fine, Daniel intelligens desolationem Ierusalem fortè completū, humiliter Deum orabat. Danielis 9. breuem & humilem orationem habuit leprosus orans Dominum dicens, Domine si vis potes me mundare. Mat. 8.

QUINTO, Oratio debet esse assidua, vt licet quod petit homo non statim obtineat, non debet tamen ab oratione desistere, nam Elias cum puerum videret mortuum mulieris apud quam manebat, quod in prima oratione non fuit resuscitatus prostrernit se totum tribus, vicibus super eum, orando continuè, & reuixit puer. 3. Regum 17. non dimisit Daniel propter decretum Darij, quin oraret Deum ter in die flexis genibus, sicut antè facere consueuerat. Danielis 6. Ad hoc idem hortatur nos Dominus dicens, oportet vos semper orare, & non deficere. Luc. 18. Ad orationis instantiam ipse Dominus nos induxit, cum vindictam de inimicis nostris perimus prohibuit ad omittas oratione. Luc. 21. Paulus dicit sine intermissione orate. Tim. 5. & idem siue intermissionem sui memoriam habet in orationibus meis.

QUARTO,

QUARTO, Orare volentes, debent attendere ad causam & modum per quam exaudiantur, nam quidam.

- 1 *Secundum appetitum exaudiuntur.*
- 2 *Non licitè petunt terrena & non consequuntur.*
- 3 *Perfectè concupiscentium primariè asseruntur.*
- 4 *Magis sibi expedientia verè adipiscuntur.*

PRIMO, Exaudiuntur secundum appetitum suum, licet non interdum ad eorum utilitatem, nam petebat populus Israel carnes in deserto, & Dominus natus concessit eis, per quos patet quod non semper exauditio orationis est signum diuinæ dilectionis. Nu. 24. Non placuit Deo quod filij Israel petierunt sibi Regem, & tamen exaudiuit eos. 1. Reg. 8. Exaudiuit Christus pessimos demones intrare in porcos cupientes. Mat. 8.

SECUNDO, Orantes aliquando non exaudiuntur, quia non petunt bona sibi licita, vel etiam mali sunt indigni, sicut Dominus Dauid orantem pro puero suo licet valdè deuotè oraret nō exaudiuit, quia tunc nō erat dignus. 2. Reg. 12. Magnę reprobationis erat oratio Hieremię quādo sibi Dominus dixit noli orare pro populo isto, nec facias pro eis laudem nec orationem quia non exaudiam. Hieremię 11. Iacobus dicit petitis & non accepitis, eo quod malè petatis, ideo pro populo malo & indigno dixit Dominus, cum multiplicaueritis orationes vestras, non exaudiam quia manus vestras, &c. Esaie. 1.

TERTIO, Orantes aliquando exaudiuntur ad votum & utilitatem, quia bona sibi & expedientia petunt, sicut exaudiuit Dominus Niniuitas clamantes & orantes ad Dominum qui eis peccata remisit, & eosdem de subuersione ciuitatis liberauit. Ionæ 3.

QUARTO, Orantes aliquando exaudiuntur non ad votum, sed ad utilitatem quia Deus præuidet eis meliora quam petant patet in Paulo qui petit ut ab eo amoneretur stimulus carnis & Deus melius sibi præuidit, cū dixit, sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur.

QUINTO, Orare, volens debet attendere ad ora-

tionis affectum vel fructum qui ex oratione acquiritur, & sciendum quod dignè orantes, à Domino recipiunt, primo,

- 1 *Peccatorum remissionem gratiosam.*
- 2 *Filiorum adoptionem gaudiosam.*
- 3 *Aduersorum depressionem ruinosam.*
- 4 *Tentatorum expulsionem virtuosam.*
- 5 *Signorum patrationem fructuosam.*

PRIMO, Sicut patet per orationem Moyſis dicentis aut dimitte noxam hanc aut dele me de libro vitæ: Dominus populo ſuo peccatum dimiſit, Exod. 23. Sic Chriſtus vt remiſſionem peccatorum impetremur in oratione dominica dicens, dimitte nobis debita noſtra, nos amonet, Mat. 26. In cuius figura dimiſit omne debitum ſeruo qui multum eum rogauit. Mat. 18.

SE C U N D O, Oratio impetrat filios iis qui ſecundum naturam non poſſunt ex ſterilitate filios procreare, nam Iſaac deprecatus eſt Dominum pro vxore ſterili, & filios meruit obtinere. Gen. 25. Anna Dominum exorabat cum lacrimis, & filium impetrauit. 1. Reg. 1. Eliſæus hoſpiti ſuæ ſterili impetrauit à Domino filium, quem ſimiliter ſuis orationibus ſuſcitauit. 4. Reg. 4. Zachariæ & Elizabeth non erat filius, eo quod Elizabeth erat ſterilis, & ambo proceſſiſſent in diebus ſuis, & ſequitur quod angelus dixit Zachariæ, exaudita eſt oratio tua. Luc. 1.

TE R T I O, Oratio tribuit victoriam de aduerſariis, nam in bello filiorum Iſrael contra Amalech plus fecit Moyſes orando quàm Iofue pugnando, pugnantes filij Iſrael contra Philiſteos rogauerunt Samuelem vt oraret pro eis, vt victoriam obtineret. 1. Reg. 7. Iofaphat Rex Iudæa timore perterritus, propter multitudinem qui venerant contra eum, totum ſe contulit ad orandum. 2. Paralip. 20. Iudith quando voluit decapitare Holofernem, Deum pro victoria exorauit. Iudith 13. Commiſſurus Iudas bellum contra Gorgiam orauit & exiit victor belli. 1. Machab. 7. Alij contra Antiochum bellaudo, non orarunt, ideo

vict

¶ icti fuerunt. 1. Machab. 6. Item qui non orauit in bello contra Bacchidem, ipse fuit occisus & populus debellatus. 1. Machab. 9. Ionathas cum paucis pugnantibus orauit & victoriam impetrauit. 1. Machab. 11. Iudas & qui cum eo erant inuocato Deo per orationem egressi sunt contra exercitum Nichanoris, manu quidem pugnantes, sed cordibus orantes, & belli victoriam habuerunt. 2. Machab. 15. Dicebat Paulus, obsecro vos, vt iuuem me in orationibus vestris, vt liberet me Deus ab infidelibus. Act. 15.

Q V A R T O, Oratio expellit dæmonium, ideo Raphael angelus monuit Tobiam, vt tribus diebus abstinere ab vxore, & tam ipse quam ipsa orarent continuè ne in eos diabolus haberet potestatem. Tob. 6. Propter assiduam orationem Cananæ, filia eius à dæmonio liberatur. Mat. 15. Dum discipuli quendam dæmonem non possent eiicere, & de hoc mirarentur, dixit eis Christus, hoc genus dæmoniorum, non eiicitur nisi in oratione & ieiunio. Mat. 19. Cum Paulus iret ad orationem obuiauit puellæ habenti Phitonem quem Paulus expulit in nomine Domini. Actuum 15.

Q V I N T O, Oratio facit operari miracula, nam per orationem Heliz, cælum est clausum ne plueret, & per eiusdem orationem fuit etiam apertum. 3. Reg. 18. Ad orationem Heliz puer qui erat mortuus suscitatur. 3. Reg. 17. Maria & Martha Dominum orauerant, & Lazarum suscitauit. Ioannis 11. Decem leprosi continuè orantes, meruerunt recipere sanitatem. Luc. 17. Petrus & Ioannes ascendentes vt orarent sanauerunt claudum ex utero matris suæ. Act. 3. Petrus & Ioannes orauerunt pro iis, vt acciperent spiritum sanctum, & imponentes manus super illos acceperunt spiritum sanctum.

C A P. 104.

Ornatus Mulierum
est,

B 2

Ad per

1 *Ad personarum deceptinem.*

2 *Ad perfectarum reprehensionem.*

PRI MO, Ornatus mulierum est ad decipiendum homines, licet aliquando se faciant ornari ut viris suis placeant, nam Thamar volens de Iuda si cero suo concipere vestibus viduitatis depositis ornauit se, concubitum patiens ab eodem Gen. 38. Propter ornatum Iudith deceptus est Holofernes. Iudith 6. occurrit mulier iuueni ornata, meretricis præparata ad capiendas animas. Proverb. 7.

S E C V N D O, Ornatus mulierum, non est perfectarum, ideo mulieres bonæ & honestæ quæ soli Deo placere desiderant non curant de magno ornatu ideo Hester, quando debuit intrare ad regem, non quæsiuit cultum muliebrem sicut quærebant aliæ mulieres Hester 2. Cōmmando dicitur, ornamentum c. laceamentorum & lanias & torques, &c. Esaia 3. Mulieribus non sit extrinsecus, capillatura aut circūdatio auri vel vestium cultus. 1. Petri 3.

C A P. 105.

Patienter ferre debet homo
iniurias,

1 *Patientes propinquorum offentiones.*

2 *Seruientes dominorum correctiones.*

3 *Patientes tormentorum afflictiones.*

4 *Renitorum receptorum illationes.*

5 *Audientes benignorum responsiones.*

6 *Ostendentes exemplorum ostentiones.*

PRI MO, Homo debet ferre con sanguineorum & cognatorum iniurias, si vnus alium offendat, ut verberetur. Sic Isaac sustinens patienter, quando pater eius voluit eum immolare, Gen. 22. Ioseph patienter tulit iniurias
quas

quas fratres sui intulerūt ei, & eis indulfit clementer Gen. 37. 45. Citò orauit Moyſes pro Maria ſore ſua, quæ eum offenderat murmurando. Num. 12. Dauid perſecutionem quam intulerat ei Abſalon tulit patienter. 2. Reg. 15. & 16. Tobias patienter tulit conſanguineorum iniurias pariter & vxoris. Tob. 2.

SECVNDO, patienter debent ſuſtinere ſerui & ſubditi, ſi aliquam moleſtiam accipiunt à prælatis vel à dominis, & domini patienter ſuſtineant ſi aliquando à ſubditis offendantur, nam Miphiboseth patienter ſuſtinuit iniquam ſententiam Dauid quam intulit contra eum. 2. Reg. 4. quia mulier in adulterio deprehensa ſcribarum & Phariſæorum accuſationem ſuſtinuit patienter, & ad accuſata nihil reſpondit, Chriſtus eam miſericorditer liberauit. Ioannis 8. Similiter prælati & domini debent eſſe patientes, ſi aliquando offendantur à ſubditis, ſicut Moyſes murmurauit populi patienter ſuſtinuit, & miſit Aaron intercedere pro eis. Nu. 16. Sara patienter ſuſtinuit contumeliam ab ancilla ſua illata. Tob. 3.

TERTIO, Debet homo ferre paſſiones vel pœnas à Deo, vel pro fide illatas, Sic Tobias excecatus libenter ſuſtinuit. Tob. 3. Iob fuit patiens perdendo filios & ſua & quaſi ſeipſum per grauem ægri tudinẽ, & iniurias à parentibus & vxore illatas. Iob per totum, Magnam patientiã habuerunt tres pueri in fornace qui noluerunt Idolis immolare. Dan. 3. Eleazarus duos cruciatus ſuſtinuit pro obſeruanda lege. 2. Machab. 6. Septem fratres cum pia eorum matre mirabilem patientiam habuerunt. 2. Mach. 7.

QUARTO, Patienter ferentes iniurias, non debent ultionem quærere de offenſis licet ipſi valeant vindicare nam Saul noluit ſuſtinere quod illi qui eum detraxerunt occiderent. 1. Reg. 11. Noluit etiam Dauid occidere Saulẽ cum perſequentem, licet pluries potuiſſet. 1. Regum 24. Noluit etiam Dauid quando fugiebat à facie Abſulonis filij ſui quod Abiſai vindicaret eum de Semei, qui male dicebat ei lapides proiiciendo ſed patienter ſuſtinuit. 2. Regum 16. Eliſæus noluit quod occiderentur viri qui venerant occidere eum & capere ſed ipſos plenè reficiens abire eos proſperè fecit. 4. Reg. 16. Non ſolum non vin-

dictam debet homo querere, sed offensionem ex toto corde dimittere pro quo dicit Christus, non solum septies. Mat. 8. Ad patiendum multas iniurias, & dimittere eas inducit nos Christus exemplo serui nequam, cui dimissa fuerant, decem millia talentorum. Mat. 18.

Q V I N T O, Patientia inducit hominem, vt humiliter & benignè respondeat ideo dicitur responsio mollis frangit iram & sermo durus excitat furorem. Prouerb. David qui ad duram responsionem. Nabal fuerat perturbatus ad humilem responsionem Abygail mirabiliter est placatus. 1. Reg. 15. Filij Ephraim litigantes contra Gedeonem cedati sunt propter humilem responsionem eius. Iudic. 8. Si Roboam iuxta consilium senum populo benignem responsionem dedisset, à domino & dignitate sua nihil fuisset diminutum. 3. Reg. 12. Patientiæ exemplum habemus à Christo qui pati venerat, Iudæorum furorem, pluries declinavit. Ioan. 8. & Luc. 4. Tempore passionis in verbis & factis, suam patientiam declarauit, Mat. 26.

C A P. 106.

Pauperes spiritu debent,

- 1 *Passionem habere & proprietatem despiciere.*
- 2 *Refectionem & sobrietatem perficere.*
- 3 *Vnctionem & mundationem aspiciere.*
- 4 *Dilationem & sublimitatem inspicere.*

P R I M O, Pauperes spiritu non debent proprium possidere, in cuius figura Iacob fugiens à facie Esau, & ad Laban vadens, nec ancillam nec famulum habuit, sed in baculo Iordanem transiuit, & volens requiescere locum non habuit, sed lapidem quem capiti supposuerat, dormiuit

dormiuit Moyses pascebat oues Ietro socerisui, qui oues proprias non habebat Exod. 3. filij Rechabitarum Domos non edificabant, vinum non bibebant vineas non colebant nec agros Hieremiæ 35. adolescenti dixit dominus si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes, & sequere me. Mat. 9. In primitiua ecclesia omnia vendebantur & tanquam communia vendebantur, Act. 3. pauper existens Petrus dixit claudio argentum & aurum nõ est mihi, &c. act. 3. Paulus dixit fratribus de Achaia argentum & aurum & vestes non concupiui Act. 20.

SECUNDO, pauperes spiritu, tenui refectioe & modico cibo debent contentari, ideo satis parce viuebat focrus Ruth quæ colligebat spicas post terga metentium Ruth. 2. multum parce viuebat Helias, qui petiit buccellam panis & paululum aquæ à Sareptana vidua sibi Dario. 3. Regum 17. filij prophetæ satis, temporate viuebant quia parum de pane & pulmentum insipidum comedebant 4. Reg. 4.

TERTIO, pauperes spiritu debent munditiam inspicere, sic Christus de paupere matre natus, fabro nutritus, paupero loco reclinatus, pannis pauperibus inuolutus, cum pauperum oblatione, in templo præsentatus. Lucæ 2. ad pauperes nuptias vbi vinum defecit inuitatus. Ioannis 2. locus vbi caput suum inclinaret non est repertus Mat. 8. Pauperem familiam habens est sociatus in cruce patiens pependit, & mortuus in sepulchro nudus iacuit alieno. Mat. 26.

QUARTO, pauperes spiritum exaltantur, ditantur, & remunerantur à Deo non solum in præsentem, sed etiã in futuro, nam qui vno seruo contentus Longè quærebat asinos patris sui non equos fuit Domino ordinãte vnctus in Regem 1. Reg. 11. Dauid existens in pascuis vnctus est in Regem per Samuelem, quæ etiam pater misit ad fratres ad victualia deferenda, oneratum. 1. Reg. 16. Inter beatitudines paupertas ponitur, beati pauperes spiritu. Mat. 5. Miram promissionem promisit Christus diuitias relinquentibus propter eam Mat. decimonono Lazarus

pauper in sinu Abraham ab angelis est eleuatus Luc.16.
ob hanc causam pauperes & debiles fuerunt ad magnâ
cœnam quod regis nuntios introducti. Luc.14.

CAP. 107.

Pax & concordia inter homines,

- 1 *Apparent ex complacentia supernæ dilectionis.*
- 2 *Comprobantur ex euidentia terrenæ fruitionis.*
- 3 *Roborantur ex assistentia fraternæ subiectionis.*
- 4 *Perturbantur maleuolentiâ paternæ possessionis.*
- 5 *Consummantur, excellentiâ eternæ omissionis.*

PRIMO, Pax & concordia, super omnia opera placet Deo, In cuius figura, ante omnia, post hominem, ut pacem & concordiam manifestè ostenderet, fecit omnia duplicia, masculum & fœminam. Gen.1. Quamuis Dauid esset sanctus, noluit tamen Deus ut ædificaret templum, quemadmodum Salomon, qui interpretatur pacificus quia Dauid fuit bellicosus, ut ostenderet solum pacificorum seruitia esse Deo grata. 3. Reg. 5. Diligit Deus cor pacificum, & in eo habitat, In cuius figura ostensum est Helix quod Deus nō erat in commotione &c. 3. Reg. 19. Quod Deus pacem sic diligat apparet ex hiis quæ in natiuitate eius fuerunt, nam angeli pacem annūciauerūt. Luc. 2. inter omnia præcepta, pacē præcepit discipulis dicens, hæc mado vobis ut diligatis inuicem &c. Mat. 9. Pacem præcepit discipulis prædicare. Luc. 10. ipsam post resurrectionem nunciauit discipulis Ioannis 20.

SECONDÒ, Ad pacem debent attendere qui prius fuerunt inimici, & maximè qui habent inimicos potentes Ideo Abimelech pacificatus est cum Isaac, quem prospere

rate videbat Gen. 26. Gabzonitæ audientes quod fecerat Iosue per Dei potentiam, Iericho & Hay venerunt cautè facere pacem secum, Iosue. 9. misit Ionathas legatos ad bacchidem, vt componerent pacem cum eo, & cū Bacchide fuerat duplex exercitus, in quo Iudas frater eius occubuerat. 1. Macha. 9. Rex Demetrius misit ad Ionatham epistolam rogans secum habere pacem. 2. Machab. 10.

T E R T I O, debent attendere ad pacem coniuncti, & si non possunt, debet vnus alteri cedere, sicut Iacob cedit Esau. Gen. 27. Fines & cæteri legati ad filios Rubē missi irati ad eorum responsionem, humiliter & dulciter pacati. Iosue 22.

Q V A R T O, pacem destruit & perturbant mali, sicut fratres Ioseph inuidentes non poterant quicquid eī pacificè loqui. Gen. 37. Auaritia etiam rerum temporalium & cupiditas est causa turbationis pacis, & fomentū iurgiorum, vt patet in pastoribus Abrahæ & Loth. Gen. 13. superbia & auaritia dominandi perturbant inter propinquos vt patet de Absalone, contra David patrem suum 2. Reg. 15. ficta etiam pax turbat veram & bonam pacem Ideo Ionathas noluit recipere pacem Demetrii, quia fictè pacificari volebat. 1. Mach. 10.

Q V I N T O, Pacis bonam ex gratia & Dono dei procedit vnde bonitas & gratiositas prælati, gratia & bonitas subditorum causa extitit multo tiores magnæ pacis vt patet de Ozia in populo Iudæorum, propter hanc causam Paulus in suis epistolis proponit gratiam Dicens, gratia vobis & pax intelligit quod sine gratia pax non potest esse, non est pax impiis dicit Dominus Isaia 7. De magno dono gratiæ Diuinæ, procedit quod quando ille qui recipit iniuriam parcat offendenti ex animo, & pacē eius qui offendit concupiscit sicut David fecit qui licet Absalon eum persequeretur tamen pacem eius querebat dicens num pax est cum puero meo Absalon. 2. Regum 18.

CAP. 108.

Peccatum nocet homini,

- 1 *Ab interiori deprauando naturam.*
- 2 *Ab exteriori procurando iacturam.*
- 3 *A superiori clamando pressuram.*
- 4 *Ab inferiori deuastando figuram.*

PRIMO, peccatum ex sua turpitudine nocet homini ab externo quia humanam naturam deturpat, & extenuat, tollit enim homini audaciam, & causat erubescerentiam, nam parentes in primo statu innocentiae non erubescerant, post peccatum sua corpora perizomatibus ex erubescerentia texerunt. Gen. 3. Item aufert homini spiritum, & infamat eum, vnde Adam qui ante peccatum tanta pollebat sapientia, & intellecta quod omnibus rebus nomina imposuit secundum proprietates earum post peccatum sic infatuatus, quod à facie domini, cui nuda & aperta sunt omnia abscondere se credebat. Gen. 3. Item facit hominem timere nam ante peccatum Adam Deum pluries audiuerat post peccatum vero audiens vocem Dei dixit Domine audiui vocem tuam in paradiso, & timui & abscondi me. Gen. 2. Item tollit quietem interiorem hominis, non sinens quiescere, nam cor impij quiescere non potest Eccl. Ista percussione inquietudinis, ab intrinseco percussit dominus David, postquam peccauit populum numerando. 2. Reg. 24.

SECUNDO, peccatum, nocet homini ab extrinseco, eo quod multoties poena corporali punitur & in praesenti & in futuro, vt patet de Adam & Eua expulsis de paradiso, cum maledictionibus & posteris eius, postea poena fuit viro. scilicet in sudore vultus tui velceris pane tuo, Poena mulieris

lieris fuit. In dolore paries filios tuos & sub potestate viri constituta, & huius duplicationis causa fuit quod ipsa virum perduxit ad peccandum. Gen. 3. Sodomitę etiam per duplicem pœnam sunt puniti, quia per ardorem libidinis & fetorem peccari abominabiliter peccabant ideo primo ignem, postea sulphurem habuerunt. Gen. 19. Pharao cognouit se propter peccata flagellari, dicēs peccavi in Deum. Exodi 10. vxor Loth quę peccauit contra p̄ceptum Domini se vertendo in salis statuam est conuersa. Gen. 19. Filij Israel qui multotiens offenderunt dominum peccādo, fuerunt à Domino multotiens flagellati.

TERTIO, Peccatum nocet homini à superiori quia clamat vindictam, & specialiter peccatum enorme quodcumque sit, ideo dixit dominus ad Cain vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Gen. 4. Similiter dixit Dominus Abrahę clamor Sodomorum venit ad me. Gen. 19.

QUARTO, Peccatū nocet homini ab inferiori, figura eius ad multa iincommoda interminādo. Sic relabēti delibatur corpus ipsum in pericula in ducēdo Ideo dicitur peccatum patrauit Ierusalem, postea instabilis facta est. Threnorum 1. Seruus Saul iussus est insurgere cōtra eum, propter peccata sua. Reg. ob hanc causam dixit Dominus languido vade & amplius noli peccare Mat. 9.

CAP. 109.

Pœnitentia debet fieri,

- 1 *Cum acceleratione, omni tarditate postposita.*
- 2 *Cum vera contritione lacrimante supposita.*
- 3 *Cum pura confessione omni nuditate apposita.*

4 *Cum*

- 4 *Cum satisfactione & austeritate imposita.*
- 5 *Cum iustificatione atque sanctitate composita.*
- 6 *Cum receptione, & benignitate preposita.*

PRIMO, Pœnitentia debet fieri celeriter & in iuuentute, & non differre vsque ad senectutem, non enim est tutum ire per desertum huius vitæ, sine amaritudine pœnitentiæ in cuius figura quædam mansit Maria extra castra non processerunt filij Israel per desertum. Num. 12. hoc etiam est consilium sapientis dicens, ne trades conuerri ad Dominum & ne differas de diem. Ideo etiam Christus nisi pœnitentiam feceritis omnes simul peribitis, ad hoc facit parabola de seruis vigilantibus, scilicet in pœnitentia, Dominum suum quando reuertatur à nuptiis expectantibus, quia dies & hora mortis pœnitentis ignoratur. Mat. 25. Quærentibus Iudæis à Petro quid faceret pro salute consequenda. Respondit, pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini. Actuum 2. Dixerunt fideles, Deus pœnitentiam fidelibus dedit ad vitam, id est in hac vita exercenda. Actuum 11.

SECUNDO, Pœnitentia debet esse cum contritione cordis, in cuius signum sunt lachrimæ fluentes ab oculis, ideo audiens populus Dominum iratum propter murmur luxit. Num. 24. Ad vocem Angeli populum increpantis leuauerunt omnes voces pariter & fleuerunt. Iudicum 2. Peccatrix mulier pœnitens, & lachrimis abundauit, quod de eis pedes Domini lauit. Lucæ 7. Quia Dominus vidit magnam contritionem in muliere deprehensa in adulterio, leuem & breuem pœnitentiam dedit ei scilicet, vade & amplius noli peccare. Ioannis 8. Nam volens contritionem & pœnitentiam habere, debet recedere à malo in cuius figura dum Petrus peccauit periurio, dicitur exiens fleuit amare. Mat. 26.

TERTIO, Pœnitentia post contritionem requirit iudam & apertam confessionem propter quod pepercit Deus Dauid, quia confessus est peccatum suum, cum contritione & reprehensione Natham, humiliatus se accusauit perfecte. 2. Reg. 12 post peccatum numerationis populi confessus est Dauid dicens ego qui peccaui, ego qui iniqui-

iniquitatem feci. 2. Reg. 24. Ideo dicebat Iob, si iustificare me voluero os meum condemnabit me. Iob. Dixi confitebor iniustitiam meam & tu remisisti iniquitatem peccati mei. In cuius figura decem leprosi, petentibus sanitatem dixit Christus ite ostendi e vos Sacerdotibus. Mat.

Q V A R T O, Pœnitentia post confessionem requirit satisfractionem, quæ consistit in asperitate ieiuniorum & in deuotione orationis & largitione elemosinarum, vt per ista satisfaciamus pro his quæ commisimus contra proximum, ideo Achab sceleratissimus fleuit, & operuit carnem suam cilicio & ieiunauit & dormiuit in sacco & ambulauit dimisso capite, & Dominus temperauit pœnam, quam ei inflixerat pro peccato 3. Reg. 21. Sacerdotes induerunt se cilicio, & ieiunauerunt, & fleuerunt, audita potestate Ho'osernis Iudith 6. Niniuitæ fecerunt pœnitentiam, & induiti sunt sacco & ieiunauerunt, & Dominus indulxit eis. Ionæ 3. Machabæus, & qui cum eo eran deprecabatur Dominum terram capitibus apponentes & lumbos accinctis Ciliciis qui ad turpitudinem reuoluerunt. 2. Mach. 10.

Q V I N T O, Pœnitentiam debent velle quantum iusti, & se sentientes amicos Dei, quia ex hoc eorum merita augmentantur, Ideo Iob quantum esset iustus, dixit ego me reprehendo, & ago pœnitentiam in farina & cinere Iob 41. Ioannes Baptista sanctificatus in vtero matris transfugit in desertum ab annis teneris vitam asperam faciens, vinum non bibens Mat. 3. Christus qui peccatum non fecit in deserto quadraginta diebus ieiunauit. Mat. 4.

S E X T O, Pœnitentes Deus benignè recipit, eorum pœnitentias acceptando, nam Manasses Rex Iuda, qui propter peccatum fuit ductus in Babylonem quando fecit pœnitentiam, Dominus in statu pristino cum reduxit. 2. Paralip. 33. Libenter Christus recepit peccatores ad pœnitentiam. Ideo à pœnitentia suam prædicationem inchoauit. Mat. 3. 4. Magnam benignitatem ostendit Centurioni se non dignum esse reputans, vt intraret domum eius, & ex hoc eum commendauit Luc. 7. Ad hoc est exemplū de filio prodigo Luc. 15. Ideo dixit Christus gaudium esse in cœlo super vno peccatore pœnitentiā agente. uc.

tc. Luc. 15. Christus libenter suscepisset Iudam, si quando penitentiâ ductus argenteos retulit & abiens laqueo se suspendit, si veniam postulasset. Mat. 26.

CAP. 110.

Peregrinos debet homo recipere,

- 1 *Cum hilaritate Dei familias hospitantes.*
- 2 *Cum liberalitate pias delicias ministrantes.*
- 3 *Cum utilitate novas læticias expectantes.*
- 4 *In patiente veras divitias punientes.*

PRIMO, homines debent libenter recipere peregrinos, quia ex hoc Christum recipiunt, & Angelos eius in eorum hospitiis, nam Abraham cum lætitiâ, & celeriter Angelos, in suo hospitiis, quos credebatur esse homines peregrinos recepit. Gen. 18. Loth putans Angelos esse homines transeuntes, suo hospitiis introduxit, & defendit ut potuit à Sodomitis nephandam violentiam inferre volentibus. Gen. 19. In discipulis Christus asserit se recipi.

SECONDÒ, Peregrinos debet homo recipere, eis necessaria ministrantes. Sic liberalis videbatur Rebecca, quando seruo Abrahæ dixit, palea & scenum plurimû est apud nos. Gen. 24. Magna prece, & liberaliter Iethro recepit Moysen peregrinum in suo hospitiis, ex quo postea filia accepta, & nepotes fuerunt magnanimiter honorati. Ideo dixit Moyses populo, amate peregrinos, & date eis victum & vestitum & nos etiam eos amare debemus, quia etiam aduenæ fuistis. Deut. 10. Exploratores quos misit Iosue Raab eos liberaliter recepit, ex quo consecuta sunt multa bona. Iosue 2. liberalis hospes fuit Iob qui foris non mansit peregrinus ostium meum viatori patuit. Iob 31. Ambulans Iesus per mundum, non habebat ubi caput suum reclinaret sed Martha recepit eum liberaliter in hospitiis suo. Luc. 10. Liberaliter recipiendi sunt peregrini

intan-

instantium quod sunt rogandi, & cogendi ad hospitium intrare. more duorum discipulorum euntium in Emaus, qui Christum peregrinum existimant. t. s. Dominum intrare coegerunt. Luc. 24.

TERTIO, Peregrinos recipientes multa à Domino recipiant, nam Elias suscitavit filium mulieris mortuum, ad quam hospitio susceptus est. 3. Regum 17. Elisæus mulieri Sunamiti non habenti filium, impetrauit & postea mortuum suscitavit. 4. Reg. 4. Gaudens suscepit Zachæus Christum in hospitio, & ipse gaudium ei duplicavit, scilicet quando saluum eum denuntiavit. Luc. 19.

QUARTO, Peregrinos magis suscipiant pauperes quam divites, nam in Gabaa Beniamin, non invenit Levita qui eum hospitio reciperet sed solum servum de opere revertentem, Iudicum. Elias vero in Sarepta Sydoniorum solum à vidua pupercula legente ligna est receptus hospitio. 3. Regum 17. Petrus apud quendam Simonem est hospitatus Acto. 10. Paulus manebat apud Aquilam & Priscillam Act. 18.

CAP. III.

Permittit Deus,

- 1 *Bonos flagellari, adiungens exaltationem.*
- 2 *Electos tentari, subiungens damnationem,*
- 3 *Malos debellari, iniungens desolationem.*

PRIMO, Deus promittit flagellari bonos per malos ad præmiando, & ditando. Gen. 27. Tobiam excæcari permittit, quæ postea illuminatû gaudio adimplevit. Tob. 2. David longo tempore permittit pati persecutionem Saulis quem in Regem postea sublimavit. 1. Reg. 17. filios Israel per Holofernem affigi multum permittit, quos postea, per eius decapitationem à Iudith, sunt consolati. Iudith, per totum, De hac materia quare multa exempla de iudiciis Dei occultis cap. 7.

SECVNDO, Permittit Deus aliquando bonos tentari, ne glorientur de sua sanctitate eos cadere in diuersis peccatis, vt nec etiam confidant de sua constantia, vt etiam sciant comparari aliis quando peccant. Sic permittit cadere Samsonē fortissimum, Iudicum 15. Dauid sanctissimum. 2. Reg. 12. Salomonem Sapientissimum. 3. Reg. 11. Petrum promptissimum. Mat. 26. De hac materia quære in capite 44. de iudiciis Dei occultis.

TERTIO, Permittit Deus populum debellari propter peccatum eiusdem vel prælatorum malorum, sic permittit quod filij Israel debellarent filios Ben-iamin, propter eorum scelus. Iudicum 20. Sed etiam propter peccata populi, & filiorum Heli, permittit Archan capri, & filios Israel debellari. 1. Regum 10. De hac materia quære capite eodem de iudiciis. Dei occultis.

CAP. 112.

Permittunt viri boni aliquando
facere,

- 1 *Vt enitentur euidentes defectus.*
- 2 *Vt consolantur subiacentes effectus.*

PRIMO, Ad maius malum vitandum quod potest accidere sic permittit Iacob Ben iamin prædilectum filium cum fratribus ire in Ægyptum ne Simon remaneret in vinculis, & cæteri filij, ne ex tarditate, famæ alijmo retentū Gen. 44. Sic permittit Abraham quod Loth separaretur, ab eo timens pasto res murmurantes, nec hoc homicidium sequeretur. Gen. 13. Moyse permittit dari libellum repudij vxori & Deut. 24. permittunt aliquando boni homines aliqua non libenter solum vt seruos & subditos consolentur. Sic populus volenti Dauidi ire ad bellum inhibuit & postquam vidit ipse quod erat populo gratum, ait quod videtur vobis hoc faciam. 2. Reg. 18. Eliaüs

Elifaeus vt tentaret filios prophetarum qui certificari volebant de Helia, permisit illos ire ad quærendum, quem ipse sciebat assumptum. 4. Regum 3. Simon cognouit quod Triphon cum dolo petiebat, duos filios Ionathæ, & talenta argenti, & tamen permisit dari populo, ne populum contineret, ne populus crederet quod fratrem suum negligeret liberare, 1. Reg. 13.

CAP. III.

Peruersi sunt homines,

1. *Excellentia sublimitatis superbiendo.*
2. *Acquiritur materia cupiditatis in possidendo.*
3. *Exigentia gulositatis in comedendo.*
4. *Concupiscentia carnalitatis lasciuendo.*
5. *Patientia ferocitatis irascendo.*

PRIMO, Peruersos facit homines superbia & ambitio dominandi nam Dathan & Abiron qui ex ambitione dominandi de Moyse murmurauerunt vocati per eum nolentes venire responderunt, dicentes nunquid est Paru quod eduxisti nos de terra lacte & melle manante. Num. 16. Superbi & gloriosi sunt etiam peruersi, eo quod canent sibi à minimis, & maxima scelera perpetrant. Similes sunt Balaam, qui voluit maledicere populo Dei, nam dedit consilium, quod à mulieribus est seductus. Num. 22. 24. Sic peruersi sunt superbi quando aliquem offendunt semel non contentantur nisi aliter offenderint, Sic filius Amon, videns quod iniuriam fecisset David adhuc voluit eum impugnare, non contentus quod rasisset dimidias barbas nunciis David. 2. Reg. 10. Sic superbi sunt peruersi quod non timent mala committere, ne videantur aliquid noui facere, etiamsi arguantur, similiter Roboam qui sublimatus à Regem, populum à cultu Domini, deuiare fecit, &

cit, & capi fecit prophetam qui super hoc scelere eum arguebat. 3. Reg. 13. Idolatria, sacrilegia, homicidia, & diuersa scelera superbus Manasses habuit. 4. Regum 21. 2. Paralip. 33. De hac materia quære cap. de superbia.

SECUNDO, Peruersos facit homines; peccatum auaritiæ, nam avari de spoliis bonorum filios suos nutriunt, non tamen ex hoc arguantur quod filij Israel sunt peruersi quia Ægyptum expoliauerunt. Primo quia hoc ex præcepto Dei fecerunt. Secundo quia erat in reprehensionem illorum quia eis coactè abstulerant de rebus, deinde fuerunt submersi in vindictam submissionis masculorum puerorum Hebræorum. Exodi 12. Magna peruersitas fuit Iudæ proditoris, qui propter auaritiam Christum vendidit, à quo receperat tanta beneficia. Mat. 26. Quia nouissimè avari sunt mali, quære capite de auaritia.

TERTIO, Peruersos facit homines gula nam prima mulier, per ipsum ardorem naturæ peruertit quæ de pomo vetito comedit & viro tradidit, cum vir debeat ei præcipere Genesis tertio. Filij Israel in deserto gulæ peruersitate commoti memorabant ollas carnium de Ægypto, sed de seruitute (quod erat principalis) grauissima non recordabantur, de qua virtute diuina fuerunt liberati valdè miratulosè. Exodi 15. hac peruersitate idem populus laborabat quando dixit, quis dabit nobis ad vescendum carnes, recordamur piscium quæ comedebamus gratis, in mentem nobis veniunt cucumeres & popones pori & cepe & iam anima nostra arida est, nihil aliud vident oculi nostri nisi manna, ita quod de manna non curabat. Num. 11. Ecce quomodo viciū deuincit tribulat & destruit hominem, quære supra de gula.

QUARTO, Peruersum facit hominem peccatum luxuriæ, nā Amon peruersitate luxuriæ victus Thamar sororē suam quā vi oppresserat, postea expelli fecit violenter, propter quod Absalon postmodum in conuiuio interfecit eum, secundo Regum decimotertio. Sic enim peruersum est ingredi ad alterius vxorem vel sororem. Sic præfatum exemplum ostendit peruersum esse lectum patris polluere

polluere, ideo Iacob attendens perversitatem filij sui Ruben vt patet. Genesis 49. Ad mortem veniens dixit non crescas, quia ad cubile patris tui ascendisti. Genesis 49. Absalon valdè perversus factus est, quando ad concubinas patris patenter intravit, & fuit maior perversitas quam si clauso cubiculo intrasset. secundo Regum decimoquinto. Duo perversi Senes qui Susannam habere voluerunt, quæ fidelitatem viro suo voluit seruare, & non consentire condemnauit eos ad mortem. Dasiel. decimotertio. De his quære capite de Luxuria.

Q V I N T O, Perversos facit homines, vitium iræ vt perversi sint & iracundi vt non sufferant benefactores innocentes, & propinquos. Similes Sauli, qui cum Dauid ei seruiisset, & lætificasset eum in psallendo coram eo, agitated ira eum lancea cum pariete configere putauit. 1. Reg. 18. & 19. Herodes perversus iratus de natiuitate Domini multos pueros interfecit. Matthæi secundo De perversitate iracundiorum quære supra capite de ira.

S E X T O, Perversos facit homines vitium inuidiæ sic enim perversus est inuidus vt de eo quod sibi non prodest, aliis prodesse non vult, Similes Regi Eden & Seor reges Amorreæ qui noluerunt quod populus Israel per terras eorum transirent. Sed iustè eis accidit vt quod noluerunt concedere sine damno modico, multo pestimo dum perdiderunt. Nume. 12. 20. Perversi inuidi tales sunt qualis fuit Basaam qui voluit populum maledicere quem sciebat benedictum à Deo. Nume. 22. Ita Saul perversus præ ira percutere voluit Ionatham filium suum eo quod manu Dauid tenebat. 1. Regum. 19. Inuidi ira nequiter agunt, vt quos primo debent rationabiliter plus diligere magis odiunt, & plura mala impendunt. Tales similes sunt Athimo qui cum de genere esset Iudæorum & Iudam atque Iudæos debuisset diligere eos perversè atque nequiter accusauit. primo Machabæorum septimo. Inuidi præterea sunt perversi ita vt nihil boni potest fieri, quin peruertant in malum, vnde inuidus omnia

opera peruertendo diffamat, nam si Ieiunas dicit te hypocritam, si comedis dicit te deuoratores, si ambulat inquierem, si quiescis pigrum, &c. Similes sunt isti Iudæis, quos nec austeritas Ioannis nec decens ambulario saluatoris potuit eos contentare. Mat. 23. Similiter inuidi videntes Dominum eiicere dæmonia, dixerunt in Belzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Mat. 12. quæte capite de inuidis & similiter de ira.

SEPTIMO, peruersos facit homines vitium accidie nam accidiosi inconstantes sunt & peruersi, nam si eis aliquid iniungatur conqueruntur, similes filiis Israel qui auditis exploratoribus volebant in Ægyptum redire, contra voluntatem Domini. Num. 13. Viri Ephraim, rogati noluerunt venire in prælium, sed ipso redeunte cum victoria irritati sunt contra eum, quod non essent vocati. Iudicam 12. de hac materia quæte capite de accidia per totum capite 3.

C A P. II4.

Perseuerandum est,

- 1 Bonitatem operando diligenter.
- 2 Castitate conuersando decenter.
- 3 Utilitate præliando feruenter.
- 4 Per patientiam tolerando frequenter.
- 5 Grauitate collaudando libenter.
- 6 De vanitate declinando prudenter.

PRIMO, Perseuerandum est in bono opere licet multa habeat impedimenta, sed est operandum feruenter continuè in cuius figura Neemias licet multa impedimenta haberet non cessauit ab opere, donec Ierusalem totaliter complerentur muri. Neemiæ quarto & decimo sexto

mos exo. Si autem desistit homo ab opere bono incepto, accipit exemplum ab homine fatuo qui cœpit ædificare & non potuit perficere, Luc. 13. Non debet dimittere opus bonum homo, licet contingat eum tribulationem intrare nam Tobias mansit in timore Domini, licet plaga cæcitaris ei euenisset Tob. 2. Tales sic perseverantes exaudiuntur à Deo, ideo dixit Eliachim ad populum, exaudiuit Dominus orationes vestras & pœces, si in ieiuniis & orationibus permansistis Iudith 4. Non dimisit Daniel propter pœceptum Darij quin Dominum ter in die, ut cœperat adoraret, Danielis 6. Ad hoc etiam Barnabas Antiocheus ut in bono quod cœperat proposito manerent. Actorum 20.

SECVNDO, Perseuerandum est in bono proposito castitatis, nam licet homo stimuletur à carne, & sollicitetur exterius, semper tamen estimet castitatis retinere propositum. Exemplo Ioseph adolescentis, qui licet continuè stimularetur à domina, firmum seruauit propositum castitatis. Gen. 39. Constante Susanna duobus senibus restitit, licet ipsa sola cum eis esset & ipsi essent iudices & maiores, & minas ei mortis inferrent, tamen matrimonium noluit violare. Danielis 13. Maria firmum propositum tenuit castitatis, quæ in conceptione tanti filij non concessit, donec audiuit quod eius conceptio non fieret humano opere sed diuino. Luc. 1. Quomodo propositum castitatis seruatur in societate malorum cap. 36. Quomodo autem & qualiter castitas sit diligenda, & qualiter clerici & religiosi, viduæ debent eius firmum propositum retinere, quare ibidem cap. 8. & 50.

TERTIO, Perseuerandum est in præliis corporalibus & spiritualibus, quia non coronabitur nisi qui legitime certauerit. ideo dicit Gregorius si nos dilectat magnitudo præmiorum, non te terreat certamen laboris in cuius figura licet David reprehensus dure à fratre suo, & à Saule ne bellum contra Gigantem assumeret, non desistit ab concepto proposito, sed cum Philistæo pugnavit viriliter eum ad terram prosteruens. primo Regum decimo septimo. Quia Ioab perseuerauit in obsidione ciuitatis Raab ideo eius munitiones abiecit, & quia perse-

rauit in bello contra Absalon victoriam habuit, & nota quod Ioab ab incepto opere non destitit quamuis esset Absalon debellatus, sed persecutus est eum donec haren-
tem quereu percussit tribus lanceis. 2. Regum 22. 9. & 16.
Sic perseverauit idem contra Syba in obsidione Abela-
nec destitit, donec abscissum cerneret caput eius, secundo
Regum.

Q V A R T O, Perseuerandum est in tollerando patien-
ter aduersa, siue à Deo siue ab infestationibus hominum
fuerint inflictæ, sic Iob perseuerauit in ablatione rerum,
morte subitanea filiorum, & proprii corporis durissimas
passiones, tamen in his omnibus non peccauit. Iob. 1. &
2. Multum est perseuerandum in toleratione tormento-
rum pro nomine Christi, & defensione fidei, exemplo
Eleazari qui omnia tormenta perseueranter sustinuit, ne
faceret contra legem. 2. Macha. 6. Illi septem fratres cum
Pia eorum matre magnum exemplum constantiæ & per-
seuerantiæ ostenderunt nobis, qui tot & tanta genera tor-
mentorum sustinuerunt, ne paternas traditiones & leges
transgredi viderentur. 2. Macha. 7. Stephanus firmiter
perseuerauit duros ictus lapidum sustinendo, donec Chri-
sto animam, pro cuius amore patiebatur commendaret.
Actorum 7. Quare autem perseuerandum sit, in patien-
tia & tribulatione, quare infra de tribulationibus per-
totum.

Q V I N T O, Perseuerandum est in virtute gratitudi-
nis Domini de perceptis beneficiis, laudando sine inter-
missione, sicut Cæcus à Christo illuminatus perseuerauit
semper miraculum confitendo. Ioannis 9. In liberatione
sardi & muti, præcipiebat Christus, vt nemini diceret,
qua magis præcipiebat tanto plus Deū laudabant dicendo
bene omnia fecit, surdos fecit audire & mutos loqui,
Apostoli post ascensionem cum Maria erant perseueran-
tes in oratione & laudibus Dei. Actuum primo. Quali-
ter sit laudandus Deus, pro receptione beneficiorum,
quare supra de gratiis.

S E X T O

SEXTO, perseverandum est in malorum operum declinatione, nec aspiciendum est retro post triduum de societate malorum curando, ne accidat homini, quod mulieri Loth quę post terga respiciens Sodomam in statuam salis est conuersa Gen. 19. Mardocheus Licet esset Aman magnus coram regę, tamen propter timorem eius, non stetit quin maneret in proposito eum non adorando. Hester. 3. Socij Danielis multum constantes fuerunt cum eo ne statuam quam erexerat Nabugodonosor adorarent, Danielis 3.

CAP. III

Pietatem exemplo mulierum debent homines,

- 1 *Gratis agentibus & necessitate constrictis.*
- 2 *Parum potentibus ex paupertate relictis.*
- 3 *Attingentibus consanguinitate astrictis.*
- 4 *Vera patientibus, & pœnalitate afflictis.*
- 5 *Faman perdentibus, & impietate constrictis.*
- 6 *Vt cum iuuenibus vinant deitate ascriptis.*

PRIMO, Secuti canones inducunt homines duros ad pietatem, exemplo mulierum ad pauperes, ad egrotos & maximè ad peregrinos benignos, in cuius figura, vidēs Rebecca seruum Abrahamę peregrinũ & aduenam Libere postulantem, pietate commota, non solum ei potum tribuit, sed adæquauit camelos suos. Gen. 22. & 24. vidua Sareptana pietatem ostendit, parauitque cibum, & recollectit Heliã aduenam & pauperem & peregrinum, 3. Regum 17. Sic mulier Sunamitis induxit virum, vt locum aptum ad manendum prophetam Heliseum, quart. Regum quarto. Magna pietas Marię quod ad pauperes nuptias venire voluit, & deficiente vino coram

filio suo fuit aduocata fidelis Ioannis 2. Pietas Mariæ perpenditur nam cum in die Epiphaniæ ampla dona recepisset totum quasi pauperibus tribuendo, in sui purificationem non potuit emere agnum quem Deo more diuitum secundam legem offerret quia pro filio more pauperum patiturum aut duos pullos columbarum offerebat eo quia illa priora munera iam erant pauperibus erogata. Luc. 2.

SECVNDO, Pauperi & peregrino, Martha aperuit ostiũ, vt ei necessaria ministraret Luc. 10. Hęc pietatē magis habuerũt pauperculæ mulieres quã diuites, & ideo magis multo merentur, ideo dominus præfert munera pauperis viduę munerib⁹ diuitũ. Luc. qualiter pietas debet haberi ad pauperes saper capite de peregrinis. Itē pietas mulierũ a quibus debemus accipere exemplũ fuit ad paruulos pueros qui nihil pro seipsis sibi iuuare poterant, vnde obsterices Ægyptiæ pietate commotæ, contra præceptum Pharaonis pueros paruulos reseruarunt. Exod. 2. Primo filia Pharaonis audiens Moysen paruulum puerum in sicella lachrimantem & vagientem, ipsius viscera in puerum commota, eum in proprium filium adeptauit cui cõpatiens, ignorando tamen matri suæ tradidit ad nutriendum diligenter. Exod. 2. cum Athalia occideret omne semen regium Iosaba miserta Ioas puerum paruulum tulit ne cum aliis interficeretur abscondit & nutriuit. 4. Reg. 11.

TERCIO, Pietatē exemplo piarum mulierum habere debet homo ad filios & sibi carnali vinculo conuinctos vel fide, sicut Aaton videns filios suos spirituales ab ignis incendio deuorari cucurrit, in medium scilicet ad dominum pro populo deprecãs, vt plaga cessaret. Nu. Præterea illa, duarum mulierum habuit cor valde pium cuius viscera super proprio filio sunt commota, quando Absalon diuidi per medium iusserat. 3. Reg. 3. mulier Chanaanã, tantam pietatem circa filiam habuit, quæ vexabatur à dẽmone, quod illius vexatione tribulata ait Christo miserere

misere mei filij David filia mea male à dæmonio vexatur. Mat. 15. Mater filiorum Zebedæi multum pia erat ad filios suos pro quorum honore deprecabatur Christum sollicitè. Mat. 16. Maria multum pia fuit ad filium suum quem per triduum in templo remanentem diligenter requisivit. Luc. 2. Item maximam pietatem ad eum habuit quando discipulis fugientibus, iuxta crucem dolorosa stetit Ioannis.

Q V A R T O, Pietatem exemplo mulierum debet habere homo positus in tribulatione, & mortis periculo siue extranei siue propinqui sint. Sic Raab videns exploratores Israel quæri ad mortem, misera eorum, abscondit eos, quærentes deludendo Iosue. Sic pia mulier nuntios David, quos Absalon quærebat ad mortem, piè, putco abscondit 2. Reg. 15. In magno periculo posuit se Hester, ut Mardocheum & populum, à sententia mortis liberaret. Hester 4. Mulieres multum piè fuerunt quæ Christo patiente continuè & sine timore secutæ sunt vsquè ad crucem plangentes, quando eum omnes discipuli dimiserunt. Luc. 23. ipso etiam posito in sepulchro, emerunt aromata, ut vngerent Iesum Marci ultimo. Petrum eductum de carcere quem Herodes decreuerat decoliare Maria mater Ioannis eam in hospitio recepit, vbi erat multitudo credentium abscondita propter metum Iudæorum. Actorum.

Q U I N T O, pietatem exemplo mulierum debet habere homo ad eos quos audiunt turpiter diffamari aut publicè detrahi vel occultè eos piè excusando, & si posset eos vindicare de bonis operibus commendando. Sic namque Christum blasphemantibus Pharisæis mulier extollens vocem de turba dixit beatus venter qui te portauit, &c. Luc. 21. accusantibus Iudæis Christum de piuribus coram Pilato vxor Christo compatiens iniustam eius mortem voluit impedire Mat. 27.

S E X T O, Pietatem debent homines habere exemplo sanctarum mulierum quæ vitam corporalem & spiritualem impetrant, & sibi & suis conseruant, Sicut apparet in Abigail, cuius virum propter eius crudelitatem David

& socij eius, occidere volebant, sed ipsa propter pietatē quam habuit ad David, se & virum à mortis periculo liberavit 1. Reg. 15. Propter pietatem quam exercebat Martha, in hospitando dominum, voluit Christus eius fratrem Lazarum iam quadriduanum, resuscitare pauperibus.

C A P. IIII.

Populus cito mouetur,

- 1 Malitia & peruersitate.
- 2 Modica tristitia, & pœnalitate.
- 3 Nesciens seruitia facta, largitae.
- 4 Si arctantur vitia cum acerbitate.
- 5 Signis & iniustitia vtens bonitate.

PRIMO, Populus cito mouetur, ex malitia & peruersitate in varias voluntates & varia verba dicentes, contradicentes pluries sibi ipsi operibus & verbis, nam filij Israel, quādo habebant manna petebant carnes, quādo habebant carnes, petebant cepe & alia & popones & cucumeres ex sua malitia & peruersitate, Exod. Malitiosus populus in præsentia dominorum, monstrat se subiectum & obedire paratum, sed in eorum absentia inobedientes & rebelles efficiuntur, nam in præsentia Moyses dixit populus, cuncta quæ præcepit dominus faciemus, sed cum Moyses abesset recesserunt à domino vitulum conflatilem adorantes. Exod. 16. & 32. Audientes prædicationem Pauli, eos cum gaudio susceperunt, sed postmodum de suis finibus expulerunt. Actuum. 13. homines de ciuitate listris Paulum & Barnabam voluerunt adorare, & honorare vt deos, sed postmodum lapidauerunt eos. Actuum 13. populus qui ad Hieremiam dicebat loquere nobis omne verbum, id quod misit dominus faciemus Hier. 42. postquam facta eis denunciaffet dixerunt viri Sabb.

Sabb. Azaria, & Iohanna post decem dies non remisit dominus Hieremię 43. Similiter idem populus qui obuian Christo, exundo clamabat, benedictus qui venit in nomine domini, post quinque dies petierunt Barrabam vocibus magnis clamando de Christo crucifige eum. Luc. 21.

S E C V N D O, Populus mouetur in voluntates diuersas de facili propter modicas tribulationes, nam. rediens Moyses narrauit populo verba domini quomodo descenderat eos liberare, & crediderunt ei & locuti sunt temporale, sed cito moti contra Moysen conuastati sunt de eo & Aaron cum affligerentur exactionibus. Exod. 25. Similiter filij Israel contra Holofernem, se armanerunt, & viriliter parauerunt, sed post modicum aliquantulum tribulati versi sunt contra Oziam pontificem, & dixerunt dominaretur nobis, & filij tui, quo mortuo beneficio patris obliti de eis septuaginta filii nullum in eorum dominum elegerunt, Samuel recuperatis vrbibus perditis de manu Philistinorum populum liberauit, & tamen ipsi ingrati contra voluntatem Dei, & Samuel regem elegerunt. 1. Reg. 8. Licet David bene rexisset populum, multis habitis vitæ toris, tamē ipsi omnium beneficiorum obliti, cum Absalone eius aduersario insurrexit Maior pars contra eum. 2. Reg. 15. Quando Christus pauerat multitudinem populi panibus, voluerunt eum regem constituere super se, sed statim beneficiorum eius obliti signa ab eo postulabant fieri. Ioannis 6.

T E R T I O, Populus mouetur de facili aliquando propter correctiones dominorum vel propter verba aspera ipsorum, nam populus Israel sub Salomone, reuerentiam honorem & abundantiam habuerunt, & tamen ad vnum verbum durum, quod Roboam eius filius, dixit eis indignati vehementer, pro maiori parte, ab eius dominio receperunt. 3. Reg. 12. Iudæi satis bono animo Christo dicebant, quod in Nazareth ciuitate sua operaretur miracula, & tamen post increpationē modicā eis à Christo factam, eū de motis culmine præcipitare voluerunt. Luc. 4.

Q V A R T O, Populus mouetur aliquando de malo in bonū sed raro, et hoc propter miracula, quæ aliquando vident nā apprehendit populus Hieremiam, dicens, morte-

moritur, qui postea visis signis dixerunt non est dignus morte. Hierem. 25. Quia populus nimis citò senioribus credidit Susannam accusantibus condemnauerunt eam ad mortem sed visò quod suscitauerat Dominus spiritum Danielis, reuersus est cum festinatione, Et liberauerunt Susannam, & seniores pessimos occiderunt. Daniel. 13. Filij Israel qui ditati & armati exierunt de Ægypto videntes Ægyptios contra Moysen & Aaron murmurare ceperunt, sed postquam Deus mare diuisit miraculosè & Pharaonem cum aliis subuersit Moysi nuncio Domini crediderunt. Exod. 15.

CAP. II7.

Præcepta Dei sunt seruanda ex,

- 1 *Leuitate commissionis mandatorum.*
- 2 *Fidelitate conditionis subditorum.*
- 3 *Sedulitate aliorum exemplorum.*
- 4 *Authoritate impletionis prælatorum.*
- 5 *Acerbitate punitionis transgressorum.*
- 6 *Amœnitate fruitionis seruandorum.*

PRIMO, Præcepta Dei sunt seruanda, eo quia læuia, & possunt faciliter adimpleri, nam leuè præceptum ad obseruandum, & breuè, ac memoriter retinendum dedit Dominus Adæ, scilicet non comedere de pomo ligni vetiti. Gen. 3. Vt filij Israel præcepta Domini læuia seruarent, iussit eos sacrificare, cum ea deberent retinere. Exod. 9 Quia læuia leuiter sursum tendunt, præcepit Dominus filiis Israel, vt ponerent in angulis palliorum vt haberetur memoria coelestium mandatorum, ob hanc causam conqueritur Dominus quòd filij Rechab præcepta patris eorum, quæ non erant valde læuia, non contemnebant, scilicet non bibere vinum, & non ædificare

Domos

domos, & populus eius præcepto multo plus leuia iis contemnebant. Hierem. 35.

S E C U N D O Præcepta Dei sunt seruanda ex fidelitate, quia serui & subditi eius sumus, ideo ea usque ad mortem seruare debemus propter quod Balaam licet esset malus, dixit Regi Moab, dixi tibi quod facerem quicquid præciperet mihi Deus. Numc. 35. Susanna etiam dixit melius est incidere, in manus hominum quam derelinquere legem mandatorum infamiae & mortis periculo se exponens. Danielis 13. Cum trucidarentur sub Antiocho legis obseruatores, multi de populo noluerunt infringere legem Dei, sed potius trucidari elegerunt. 1. Machabæorum 1. Duæ mulieres delatae quæ filios circumciderant iuxta Dei præceptum publicè per ciuitatem circumduxere, per muros infantibus suspensis ad vbera sunt proiectæ. 1. Machabæorum 6. Eleazarus duos cruciatus sustinuit ne præcepta diuinæ legis infringere. 2. Machabæorum 6. idem fecerunt septem fratres cum pia matre, eorum. 2. Macha. 6.

T E R T I O, Præcepta Dei adimplenda sunt, & obediendum est eis, exemplo aliarum creaturarum, nam præceptis obediunt Angeli boni, nam cum numerasset Dauid populum, præcepit Dominus Angelo, vt percuteret populum, & percussum, & postea imperans vt cessaret, cessauit. 2. Regum 24. Mali angeli eius præcepto obediunt, nam præcipientes Iesus, spiritui immundo, vt exiret, exiit. Luc. 8. Coruis præcepit Dominus, vt pascereut Eliam, qui ei panem de mane & vespere deferabant. 3. Reg. 17. vento & mari præcepit Dominus, & obediunt statim Mat. 8. Ideo dicitur præceptum posuit, & non præteribit, ignis grando, nix glacies.

Q U A R T O, Præcepta Dei debent principaliter obseruare prælati, vt alios possint facere obseruare: ideo specialem mentionem fecit Dominus Iosue de obedientia mandatorum, quando ipsum Principem populi sui ordinauit Iosue primo. Ideo Iosue nec vnum verbum de præceptis Domini præteriuit. Iosue 2. Dauid sciens Salomonem filium suum regnaturum post se instruxit eum, dicens, tunc proficere poteris si custodieris mandata quæ præcepit Deus obseruari. 1. Paralip. 22. Ioiada pontifice

in coronatione Regis, posuerunt filio Regis diadema, & dederunt in manibus eius tenendam legem deinde super populum eum constituerunt. 2. Paralip. 23. Rex Persarum monarcha totius mundi non verecundabatur dicere præcepit mihi Deus cœli vt ædificarem domum suam scilicet Ierusalem. 2. Esdræ. 1. Pater Ioannis Baptistæ qui erat pontifex, & vxor eius Elizabeth erant sine querela. Euc. 1.

QVINTO, Præcepta obseruanda sunt nomine pœnæ & maledictionum, quæ transgressoribus infliguntur, maledicti qui declinant à mandatis tuis. Psal. Adam grauitèr est punitus quia præceptum domini non seruauit. ideo fuit de paradiso expulsus. Gen. 3. Saul singularitèr electus constitutus in Regem, propter transgressionem diuini præcepti, à regno cum sua posteritate est eiectus. 1. Reg. 16. Vir Dei qui contra præceptum domini panem comedit fuerat à leone occisus. 3. Reg. 13. de hac materia quære capite de obedientia.

SEXTO, Præcepta Dei sunt adimplenda, propter remunerationem quæ datur obseruantibus ea quia in custodiendis illis retributio multa quia Noe fecit omnia quæ locutus est ei Deus fuit saluatus ab aquis diluuij cum tota familia sua, consumpta omni carne, quæ contra præceptum Domini corruerat viam suam. Gen. 7. Adolescenti querenti à Domino quomodo posset saluus fieri Respondit Christus si vis ad vitam ingredi serua mandata. Mat. 9. De hac materia quære capite de obedientia.

Cap. 118.

Prælati debent esse,

1. *Amator subditorum.*
2. *Defensor commissorum.*
3. *Doctrinator vitiorum.*

4. *Ordi-*

4 *Ordinator agendorum.*5 *Confortator timidorum.*6 *Liberator oppressorum.*7 *Conjulator afflictorum.*7 *Excitator tepidorum.*9 *Suflentator egenorum.*10 *Refrenator superbiorum.*11 *Visitator dispersorum.*12 *Verberator transgressorum.*13 *Extirpator peruersorum.*14 *Exhortator petitorum.*15 *Dispensator credendorum.*

P R I M O, Prælati debet subditos suos diligere, siue temporales siue spirituales. Sic Moyses populum sibi commissum, sic diligebat, quod respicit maiorem populum, quem Deus sibi promittebat. Exod. 33. Signum dilectionis prælati est, minus ad subditos diligere eos ut se, & velle bonum vtile ut ad se. Sic Moyses qui desiderabat quod omnes de populo prophetarent, licet ex hoc eius honor diminueretur. Num. 11. Sic docet Dominus verbo pastorem bonum diligere populum suum ut animam suam ponat pro ouibus suis. Ioannis 10. quomodo exemplo docuit, qui cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Ioannis 13. Sic amabat Apostolos suos discipulos & subditos, de quibus dixit ego libenter impendat pro animabus vestris ad Cor. 3.

S E C U N D O, Prælati & princeps, debet esse scrutator secretorum, per scientiam quam debet habere, ut mala extirpet, talis fuit Salomon qui sua scientia perscrutatus est, cuius duarum mulierum esset filius pro quo mulieres adinucem contendebant. 3. Regum 3. Signum est quod dilexit Dominus populum suum quando dedit eis. Sapientem principem, vel prælatum, Ideo dixit Regina Saba Salomoni dilexit Dominus

minus Israel, quia te Regem constituit super eum, verus est sermo quem loquentem audiui &c. 3. Regum 10. 2. Paralip. 9. hanc sapientiam habuit Paulus, quando vsque ad tertium cœlum raptus fuit vbi audiuit arcana verba quæ non licet homini loqui ad Cor. 12.

TERTIO, Prælatus vel princeps debet esse defensor gregis sibi commissi, vt sit verus pastor, & non mercenarius qui dimittit oues & fugit, quando lupum venientem aspicit. Ioannis 10. Sic Moyses qui defendit Hebræum, iniuriam ab Ægyptio patientem Exod. 2. Sic Gedeon qui de manu Madianitarum, populum sibi commissum defendebat potenter Iudicum. Sic Christus defendit Magdalenam à Simone contra eam nequiter cogitantem. Luc. 7. Sic Christus discipulos, à Iudæis captus excusauit. Ioann. 19. Sic Petrus socios suos, contra Iudæos dicentes eos esse multo repletos. Act. 2.

QUARTO, Prælatus debet esse dator nescientium eos de bonis moribus, & virtutibus instruendo, tales nobis promittuntur à Domino, dabo vobis pastores iuxta cœritatem, & pascunt vos, scientia & doctrina. Ierem. 3. Esdræ dictum est, habeas homines qui noverunt legem Dei & legem Regis, & omnis qui non fecerit legem Regis diligenter, iudicium erit de eo. 1. Esdræ 7. Sic Iosue populum sibi commissum instruxit, quæ cunctis diebus quibus vixit populus eius nõ destitit seruire Deo. Iosue 24. Quia Paulus scripto dedit, & exemplo firmavit, merito doctor gentium nuncupatur. 1. ad Thessa. 2. Christus in monte aperiens os suum, docebat discipulos, &c. Mat. 5. Item docebat de nauibus turbas. Luc. 11.

QUINTO, Prælatus debet ordinate omnia officia exercenda à subditis, vt omnia fiant secundum ordinem & honeste, sic fecit Moyses de consilio Iethro quinquagenos centuriones, & decanos in populo ordinando. Exod. 18. Ipse etiam in suo populo sic ordinauit, vt Iosue tanquam princeps temporalis iret ad pugnam, & ipse tanquam spiritalis, pro victoria exoraret. Exod. 17. Moyses in suo populo vicarios ordinauit, dicens, habebitis Aaron fratrem meum, & alios, & si quid natum vobis fuerit questionis, referetis ad eos. Iosaphat Rex Iuda cõstituit principes, & iudices ordinauit. 2. Paralip. 19. Paulus dixit ad Timotheum

Timothæum, quæ desunt corrigas.

S E X T O, Prælati vel princeps, debet timidum populum confortare scilicet, in temporalibus & spiritualibus, sic Moyses confortans verbis populum, dicens nolite timere, quia Deus pugnat pro vobis. Exod. 14. Similiter audita pugna bona Holofernis, Eliachim sacerdos magnus, populum omnem confortavit. Iudith 4. Paulus timidum populum, & pusillanimum in suis epistolis confortavit dicens, confortamini in Domino & in potentia virtutis eius ad Ephe. 6.

S E P T I M O, Prælati quantum est sibi possibile, debet liberare oppressos, Sic Moyses qui nunquam cessavit ad multa pericula seponens coram Pharaonē, ut oppressum populum sibi commissum, à servitute liberaret. Exod. 7. & 8. & 9. Ideo mandavit Dominus per prophetam, quod Rex Israel inciperet præliari, ut populum in Samaria, ab oppressione Regis Syriæ liberaret. tertio Regum 20. Sic Ionathas fuit motus, qui consueverat populum liberare, ideo cogitauerunt Triphon & omnes alij Iudæos dispergere, & tanquam liberatorem principem non habentes. 1. Mach. 12.

O C T A V O, Prælati debet consolari afflictos, sic Moyses, & Helias consolatus est viduā Sareptanā pro morte filij sui tribulante quem suscitavit à mortuis. tertio Regum decimo septimo. Sic Elifaus consolatus est mulierem viduam debitam obligatam oleum augmentando. quarto Regum quarto. Christus confortatus est viduam cuius filius afferebatur mortuus. Luc. 7. Sic etiam mulierem deprehensam in adulterio. Ioannis 8.

N O N O, Prælati bonus debet excitare, & incitare ad bonum, sic Iacob audiens quod frumenta venderentur in Ægypto, dixit filiis suis ut quid tardatis, &c. Genesis decimo quarto. Quamdiu vixit Iojada Pontifex, qui Regem Ioas incitavit ad bonū, bonus fuit, eo autem mortuo Ioas effectus est pessimus. quarto Regum duodecimo. Sic Paulus in suis epistolis pigrantes & dormientes excitabat dicens, hora est iam nos de somno surgere. ad Romanos duodecimo. Sic angelus qui prælatum

figurat, Petrum cathenis vinctum dormientem excitauit. Act. 12.

D E C I M O, Prælatus bonus debet pascere & sustentare, pauperes & ægenos, eos in temporali & spiritali subsidio adiuuando. Sic Ioseph qui pauperibus, famem patientibus, in Ægypto, largâ manu apperuit horrea Pharaonis. Genesis quadragesimoprimo. Sic Elisæus qui panes fecit distribui filiis prophetarum. quarto Regum quarto. Sic Christus videns multitudinem deficientem ieiunio, panibus & piscibus satiauit. Matthæi nono. Sic Christus quando constituit Petrum, prælatum dixit, pasce oues meas. Ioannis duodecimo. Sic Paulus desiderabat pauperes sustentare & quando non habebat de suo vt tribueret, ab aliis acquirebat. Corint. decimo-sexto.

V N D E C I M O, Prælatus debet refrenare & domare superbos vt Moyses qui refrenauit Chore, Dathan & Abyron superbos. Numer. decimosexto. Ezechias Rex Iuda volens tumentium refrenare superbiam, fecit excelsa destrui ne superbi Idolis immolarent. Samuel prælatus effectus Saulem superbum increpando refrenauit, quia inobediens fuerat mandatis quæ præceperat ei Dominus. primo Regum decimoquinto. Ozias Pontifex superbo Heliodoro, qui templum prophenerare voluit, & inde deferre deposita Iudæorum. secundo Machabæorum tertio. Ideo Paulus dixit Timotheo, diuitibus præcipe non superbè sapere. Timoth. 6.

D V O D E C I M O, Prælatus bonus debet subditos dispersos visitare, & malos de perpetratis malis corrigat puniendo, ideo dixit Iacob ad Ioseph tanquam principem & prælatum futurum denuntians vade & visita fratres tuos, si rectè agant, & renuncia mihi. 36. Sic Samue. qui circumeundo visitabat ciuitates & loca vt illi qui eum in aliquo indigebant ad eum facilius possent habere recursum. primo Regum decimosextimo. Quando prælatus non potest per seipsum visitare subditos, debet mittere visitatores, Sic Ezechias, qui per vniuersum Israel, misit vt reuertentur ad eum. secundo Paralip. 2.

lip. secundo, Sic Christus visitauit Ciuitates & Castella, & vbi personaliter non poterat, discipulos mittebat.

DECIMOTERTIO, Prælatus bonus debet transgressores corrigere Sic Moyses qui populum puniuit acerbè, quando conflatile vitulum adorarunt. Exodi trigesimo secundo. Sic Christus legitur seuerus, contra vendentes in templo & facto flagello eos de templo eiecit. Marci secundo. Ideo scribitur in psalmo Reges eos in virga ferrea, Sic Paulus dixit, an veniam in virga an in charitate mansuetudinis. 1. Corint.

DECIMOQUARTO, Prælatus bonus debet extirpare peruersos rebelles, ne ouis morbida alias inficiat & secundum Augustinum non sic sed misericorditer ne ex contagione pestifera plurimos perdat, Sic Moyses Chore & complices eius, ne populum inficerent extirpauit. Num. decimo sexto, Iudas Machabæus, de suo populo extirpauit peruersos, sed eo mortuo exhorti sunt qui operabantur iniqua. primo Machabæorum nono. Sic Apostolus mandauit Corinthiis, vt hominem qui vxorem tenebat patris, e medio expelleretur. primo Corinth. quinto. Sic Petrus Ananiam & Saphiram dura extirpauit sententia, ne alij discipuli dicerent venditam habuisse gratiam spiritus sancti. Act. 5.

DECIMOQUINTO, Prælatus debet orare pro se & suis subditis pro iis quæ sunt ad salutem necessaria, pro remissione culparum, sic Moyses pro populo qui peccauerat orauit. Exodi trigesimo primo. Samuel dixit, absit à me hoc peccatum vt cessem orare pro populo isto. primo Reg. duodecimo. Videns David angelum percipientem populum orauit vt reuerteretur ad eum, secundo Regum 19. Orans prælatus inducit populum ad orandum nam orante Esdra, fleuit omnis populus, & orauit, Esdræ nono. De hac materia quære capite de oratione.

DECIMOSEXTO, Prælatus bonus debet distribuere bona meritis non pariter non respectu carnis & sanguinis, sed respectu meriti & virtutis exemplo Moysis qui distribuit plaustra

Leuitis, nullum dans consanguineis suis vel propinquis. Num. 16. Moriturus Moyfes nullum de sanguineis suis vicarium reliquit, sed rogauit Dominum deuote vt de bo no duce populo prouideret. Num. 17. Christus de consanguineis, quos habebat scilicet, Apostolos, sed Petrum reliquit vicarium, dicens pasce oues meas. Ioannis 12.

CAP. II 9.

Prælati & Principes mali sunt,

- 1 *Consentientes in subditorum errores non corrigendo.*
- 2 *Impedientes operatorum furores in seducendo.*
- 3 *Non attendentes excusandorum dolores ore firmando.*
- 4 *Sic destruendo inferiorum labores suos quaerendo.*
- 5 *Exercentes officium priuatorum commodo iura sperando, & sustinentes tormentorum, omnia in eis corruendo.*

PRIMO, Prælati mali sunt operibus malis subditorum non corrigendo sed peruersæ operationi præbendo assensum, talis fuit Aaron quando ad voluntatem populi fecit vitulam auream, quem populus adorauit ideo dixit ei Moyfes, quid fecit tibi populus ille vt introduces super illum peccatum. Exod 32. Helij dicitur consensisse peccatis filiorum quia eos non correxit vt debuit quia inquam corripuit eos solo verbo, cum de facto corripere debuisset. 1. Reg. 8. Malus prælatus fuit Ezechias qui commisit Hieremiam, principibus, occidere. Hire. 38. Scie-

Sciebat Pilatus quod Iudæi per inuidiam sibi Christum tradidissent, & cum eis consentiit ad crucifigendum, cum eum tradidit voluntati eorum Ioannis 19.

SECVNDO, Mali prælati sunt volentes agere bona impedire alios nituntur, ducentes eos ad peccatum. Sic Ieroboam qui fecit vitulos aureos, & eos fecit à populo adorari. 3. Regum 13. Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem ad faciendum mala, ideo fuit causa omnium malorum quæ fecerunt, sic fuerunt Principes Iudeorum qui cæcum à natiuitate illuminatum à Domino ab eius laudibus volebant retrahere. Ioan. 9. Sic Principes Sacerdotum volebant impedire Petrum & Ioannem ne prædicarent in nomine Iesu. Act. 4.

TERTIO, Prælati mali excusationes subditorum, qui non sunt mali nec culpabiles audire contemnunt, & eis peruersè & ore fremendo loquuntur, minas terribiles inferentes, ideo faciunt sæpè subditos esse rebelles qualis fuit Roboam, qui vocem excusantis, & lamentantis populi, non attendit sed asperè & rigidè eis loquens, coegit maiorem partem populi ab eius domino rebellari. 3. Reg. 12. Mag. stratus sine acceptione & excusatione Paulum & Sylam fecerunt incarcerari Act. 18. Ad primum verbum Pauli Princeps sacerdotum fecit eum verberari. Act. 23. Felix & alij prælati, excusationem Pauli noluerunt suscipere, propter quod Paulus, compulsus est Cæsarem appellare.

QUARTO, Prælati mali bona subditorum rapiunt, & furantur & distribuunt, non proximorum salutè propter propriam vtilitatem quærentibus, de his dicit Isaias principes tui infideles socij furum. &c. Isaiæ 1.

QUINTO, Prælati mali, beneficia & dignitates sibi subtilitatis non attendentes ad merita & virtutes, sed ad pecuniã vel alia lucra talis fuit Demetrius, qui summum sacerdotem Alchimum constituit proditorem. 2. Mach. 7. Ioasam qui summum sacerdotiũ emit ab Antiocho in multitudine occidentiũ, & conuersæ sunt nuptiæ in lamentũ. 2. Mach. 9. Filijs & filiabus Iob vescentibus & bibentibus in domo primogeniti domus super eos corruit. Job. 1. Domus ergo deliciarũ est odium Dei, sic Neemias dicit expressè manducauerunt & saturati sunt, & abundauerunt prædelitijs te

delitiis te ad iracundiã prouocantes, Neem. 9. Ille diues qui epulabatur quotidie splendide in inferno in lingua torquebatur. Luc. 16. Prosperitas mundana est 2. in diuitiis quæ hominem infamam & ad damnationem inducant nam argentum Salomonis non erat alicuius prætij reputatum quia tanta erat in Ierusalem copia argenti quanta lapidum. 3. Reg. 11. Adolescens qui erat diues tristis recessit à Domino, quando audiuit quod venderet omnia quæ habebat. Mat. 19 abundantiam rerum temporalium despiciendo, ostendit exemplum de diuite qui fructus vberimos habebat. Luc. 11. Diues ille qui tantis abundabat diuitiis vt Bysse & Purpura vestiretur, ad tantam deuenit inopiam, quod guttam aquæ petens non potuit obrinere. Luc. 16. Prosperitas mundana. 3. est in honoribus & dignitatibus quæ hominẽ ligat vinculis vitiorum nam Saul antequam esset in Regia dignitate fuit de bonitate ditatus qui accepto regno cuncta quasi mandata Domini præterit. 1. Regum 15. Dauid præ multitudinem subditorum superbiens populum numerauit. 2. Regum 14. Ieroboam antequam esset Rex qui legitur bonus extitisse quo habito regno vitulos adorauit & populum fecit adorare. 3. Reg. Cum roboratus est Ozias in regno, eleuatum est cor eius voluit adolere incensum, & reprehensus à sacerdotibus noluit, ideo meruit incurrere plagam lepræ. 2. Paralip 16. Manasses Rex Iuda fuit pessimus tempore suæ regis dignitatis, sed angustiatu & victus in Babylone agens pœnitentiam fuit bonus. 2. Paralip 32. Modicum durant honores & dignitates, & malè populum curant, nam Aman qui erat secundus à Rege, & adorabatur ab omnibus post modicum fuit suspensus. Hester 5. Statuam quàm vidit Nabugodonosor lapidum & in fauilam redactum, indicat prosperitate mundanam, in dignitatibus & honoribus, Dan. 2. Magnam honorem fecerunt Iudæi Christo in aduentu in Ierusalem, & deserto, in hospicio voluerunt eum recipere & post paucos dies, eum crucifixerunt, Cum populus laudet diuinas acclamaret Herodi, ipse Herodes ab angelo est percussus. Actuum duodecimo. Prosperitas mundana quarto est in victoriis & triumphis De quibus consueuerunt homines lætari frequenter,

& est

& est occasio peccatorum, in quibus homo cito labitur, & iniustitiam committit nam Gedeon excutiens frumentum macia fuit, ita quod angelus ei noluit ibi apparere, qui postea obtenta victoria, fuit malus. Iudic. 8. Dauid primo sanctus post multas victorias gloriosus existens adulterium & homicidium commisit. 2. Regum 12. Visum etiam est quod talis prosperitas parum durat, nam postquam Amasias rex Iuda debellauit Edon, eleuatus est corde 4. Regum 14. Proionæus debellato Alexandro & habito eius capite, tribus diebus tantum superuixit, 1. Macha. 11. Prosperitas mundi 5, in omnibus prædictis hoc solum habet quod congregat homini multitudinem amicorum, qui tempore tribulationis & angustie disperguntur iuxta poeticum dictum, dum nephas fiebat multis committabatur amicis, omnis aquilo cum turbine flente fugat patet in Tobia qui quãdo erat pauper & cæcus Tobia 2. non legimus eum ab aliquo consanguineo uisitatum, sed postquam fuit illuminatus & Diues adoraerunt consanguinei congaudentes Tobia Job quandiu fuit afflictus amicum non habuit ei aliquid adferentem sed cõsolatores habuit peruersos, sed postquam Deus dedit ei duplicia uenerunt ad eum omnes fratres sui, &c. Job 3. 41. & 47.

C A P. 120

Prudentia quædam est,

- 1 Vera quidem fingere, & se simulare.
- 2 Discordes restringere & ipsos placare.
- 3 Iram non impugnare sed se absentare.
- 4 Ab archas stringere atque reprobare.
- 5 Sua distribuere atque ordinare.
- 6 Insequendum Regem se que gubernare.
- 7 Verba multa stringere & pauca iurare.
- 8 Robur attingere & dissimulare prudentia.

P R I M O, prudentia est magna aliquãdo simulare verba, & vnum ostendere per aliud, Abraham veniens in Ægyptum celauit veritatem de vxore sua dicens esse sororem suam, vnde simile fecit Abraham quãdo venit ad Abimelech. Gen. 20. Magna sagacitate vsus est Iosue simulando fugam in occisione regis Haij Iosue. 8. Ahud similans se portare munera Eglon regi Moab, & loqui verba secreta ipsum in cœnaculo interfecit. Iudicum 3. filij Israel simulantes fugam cautè debellauerunt tribum Ben-iamin Iudicum 20. Dauid coram Achis simulauit se fatuum, vt posset ab eo fugere 1. Regum 21. Iehu simulauit se honorare prophetas Baal, quos postea interfecit. 4. Regum 10. villicus simulauit pietatem, ad debitores habere, cuius prudentiam dominus commerdabat Luc. 16.

S E C V N D O, Prudentis officium est per verba dulcia placare iratos vel discordes, sic prudenter placuit Abraham iurgium inter pastores Loth & suos. Gen. 13. Nuntiis etiã, filij Rubem, missis prudenter locuti sunt, & ex prudentia placauerunt eos. Iosue 22. Verba mulietis prudentis fecerunt reuocare Absalon ad Dauid. 2. Regum 14.

T E R T I O, Prudentis est reddere furori sicut Rebecca consuluit filio suo Iacob, vt obtineret benedictionem, ita consuluit eum absentare ab ira fratris sui. Gen. 27. exploratores quos miserat Iosue Iericho qui prudenter latitarunt, vt cederent furori. Iosue 2.

Q V A R T O, Prudentia ostenditur per verba reprahẽdere & arguere, & eosdem in suo casu deludere, vt Iacob arte delusit Labam, quando voluit sibi dari mercedẽ pro labore. Gen. 31. Ioseph deprehedit fratres per verba eorum. Gen. 44. Salomon deprehendit mulierem meretricẽ non tamen matrẽ pueri scilicet per verba sua. 3. Reg. 4. Daniel prudenter vicit senes falsos testes contra Susannam per verba eorum. Dan. 13. Sapienter Deprehendit Christus Phariseos mater rogãtes in qua parte hoc facerẽt. Mat. 13.

Q V I N T O, prudentis est ordinare & facere omnia cum discretione, maximè in distributione bonorum,

ne sequentes postea cōtendant ad inuicē Ideo Abraham ordinatè bona sua diuisit filiis suis, ne postea inter se certarent. Gen. 25. ordinatè & sagaciter egit Iacob, quando cum muneribus præcedentibus & verbis fratrem sibi occurrenti placuit se maiori periculo exponendo. Gen. 32.

S E X T O, Prudens debet præuidere rem antequam operetur, Nam Moyses antequam inuaderet terram promissionis misit exploratores ad considerandum eorum condiciones Numeri. 13. Simile fecit Iosue mittens exploratores suos Iosue 7. David sapienter probauit si posset armatus incedere, antequam iret ad bellum 1. Regum. 17. Gedeon probauit iustos valētes, & probas ad fontē aquæ antequam committeret bellum, Iudicum 6. Prudentes primo cognoscuntur in verbo siue futura procurando, siue congruentes parabolas proponendo, siue distinctè loquendo, vel bonum consilium dando, nam Ioseph coram Pbaraone somnia prudenter exposuit, & vt sapiens bonum consilium dedit. Gen. 41. Discretum & prudens cōsilium, dedit Iethro Moyse vt maiores eligeret in populo, & ipse non se tantum affligeret Exod. 18. Prudentem Similitudinem accepit Nathan Propheta, arguendo David de peccato suo. 2. Reg. 12. Magnum prudentiæ verbum dixit Zorobabel, de fortitudine mulieris, & veritatis 2. Esdre 3. Inter prudentiæ documenta Tobia filium informantis fuit, quod consilium à sapiente perquireret Tobia 4. visiones Nabugodonosor Daniel prudenter exposuit, Danielis 3. Miræ prudentiæ & discretionis fuerunt verba loquentis Elizabeth. Luc, 1.

O C T A V O, Prudentis signum est dissimulare aliqua licet homo cognoscat quod sit ita, nam Saul prudenter dissimulauit audire verba de ipso loquentes. 1. Regum 10. Cognouit Iudas dolum Nichanoris & se sapienter instruxit 1. Macha. 13. volens Paulus ire in Siriam cognoscens paratas esse insidias, cautè declinauit ab eis. Paulus prudenter auertens fraudes volentium conduce-
re in Ierusalem Cæsarem appellauit. Act, 15.

CAP. 121.

Pueri boni sunt,

- 1 *Suis parentibus obedientes.*
- 2 *Malè agentibus dissentientes*
- 3 *Rebus descentibus se exercentes.*

PRIMO, Pueri boni sunt suis parentibus obedientes nec murmurant quando eis aliquid præcipitur, nam Isaac non legitur murmurasse quando Abraham eius pater voluit eum immolare. Gen. 22. Cū David debebat vngi in Regem, erat puer pascens oues, & patri in omnibus obediens. I. Reg. 16.

SE CUNDO, Pueri boni cognoscuntur, si vitam & malas societates odiunt Nam Ioseph crimen odiens accusauit frater suos de crimine pessimo. Gen. 37. Tobias iunior sic puerilem vitam odiuit, quod nihil puerile gessit in opere. Tob. 2. A fratribus adolescentibus sic erat eis odio sacrificium idolorum, & legem frangere, quod propter hoc crudeles sustinuerunt pœnas. 2. Machab. 7.

TERTIO, Pueri boni cognoscuntur si se ad bona excitant, & loca sancta visitant, nam Samuel adhuc pueri ministrans erat in conspectu domini primo, Regum 12. Daniel & socij eius, pueri sine magistro legē seruantes, sobriè & sanctè inter pueros gentilium vixerunt Danielis primo. Ioannes baptista confortabatur à spiritu sancto, & crescebat & erat in deserto, vsque ad diem ostensionis eius Luc. 2. Christus duodenus inuentus est in templo inter doctores, & descendit cum parentibus suis Nazareth & erat subditus illis, Luc. 2.

CAP. 122.

Punit Deus delinquentes,

- 1 *Transgressores obedientiæ prætereundo.*
- 2 *Murmurationis incontinentiæ lasciuendo.*
- 3 *Elationis & excellentiæ superbiendo.*
- 4 *Rebellionis summæ potentiæ facta, tollendo.*
- 5 *Turbationis impatientiæ iram sequendo.*
- 6 *Detractionis & inuidentiæ, murmur ferendo.*
- 7 *Exactionis & affluentiæ in appetendo.*
- 8 *Repletionis, & crapulentiæ in comedendo.*
- 9 *Præsumptionis irreuerentiæ in deridendo.*
- 10 *Ostentionis & excellentiæ se præferendo.*
- 11 *Omissionis & negligentæ se exercendo.*

PR I M O, Punit Deus grauitè peccatum inobedienciæ, nam primi parentes grauitè puniti sunt propter primam inobedientiam, quam non credebant sunt grauitè puniti. Gen. 3. quidam colligeas ligna in Sabbato contra mandatum domini, fuit de mandato domini lapidatus. Numer. 15. quia Saul fuit in cede Amalech inobediens domino Regem & alia conseruando, ideo fuit à domino reprobatus. 1. Reg. 15. Vir Dei qui contra mandatū domini comedit pamen in domo Prophetæ fuit à leone occisus. 3. Reg. 4. Ciuitatem & populum permisit Deus destrui & captuari propter peccatū inobedienciæ. 4. Reg.

SE C V N D O, Punit Deus peccatum luxuriæ nam originaliter loquendo de mundo non pepercit, sed totum aquis diluuij deleuit quia omnis caro corruerat viā suā Gen. 7. & 6. quinque ciuitates cum aliis castris fuerunt sulphure & igne deletæ propter peccatum luxuriæ contra naturā. Gen. 19. ex peccato commisso in vxorē leuitæ, quasi tota tribus Beniamin fuit destructa iudicum 20.

TERTIO,

TERTIO, Punit Deus peccatum superbiæ, nam Pharaonem cum Ægyptiis submersit propter eorum superbiam. Exod. 14. Septuagintaduo milia hominum mortui sunt propter superbiam Dauid quando fecit populum numerare. 2. Regum 24. Antiochus superbus fuit gravi plaga percussus ita ut vermibus scaturiret. 2. Machab. 9. Herodes superbus, cui populos acclamabat honores divinos percussus ab Angelo Dei, vermibus est consumptus. Acto. 12.

QUARTO, Puniuit Deus peccatum idolatriæ, nam propter vitulum quem adorauerunt filij Israel, ceciderunt in vna die vigintitres milia hominum. Exod. 2. Egressus est ignis & deuorabat Nadab Abiu eo quod tulerunt ignem & alienum. Leuit. 10.

QUINTO, Puniuit Deus peccatum iræ, nam blasphemus qui ex ira blasphemauit Deum, lapidatus est à populo. Leuitici 24. Seruus nequam qui voluit dimittere suo conseruo, sicut sibi dixissim fuerat à Domino, est carceri mancipatur donec omnia redderet. Matt. 18.

SEXTO, Deus punit peccatum murmurationis, nam legitur quod murmurante populo, egressus est ignis, & deuorauit castra. Nume. 11. Maria percussa est lepra, quia contra Moysen murmurauit. Num. 12. serpentes ignitos misit Dominus in populum murmurantem. Nu. 13.

SEPTIMO, Deus punit peccatum auaritiæ quod ita est in honore. Ideo Achor de anathemate Iericho accepit, punitus est combustione cum tota substantia sua. Iosue 7. Grauius punitus fuit Giezi, qui munera contra voluntatem Elizai accepit ex auaritia, fuit lepra percussus. 4. Reg. 5. Fuit Heliódorus grauius punitus, & flagellatus, quia thesauros viduarum voluit exportare. 2. Mach. 3. Auaritia Ananiæ & Saphiræ fuit per Petrum graui punitione punita. Act. 5.

OCTAVO, Puniuit peccatum gulæ, ut patet in primis parentibus, comedentibus pomum vetitum. Gen. 3. Filij Eli qui violenter tollebant carnes crudas, & lasciue ad voluntatem eorum parabant, quosque pater eorum non corripuit sed dimisit grauius cum patre sunt puniti. 1. Regum 4.

N O N O, Deus puniuit peccatum irreuerentiæ, quàm voluit suo loco ad incutiendum timorem hominibus, aut quando vt debet fieri, non semper nec tali modo fit: nam quia Oſias irreuerenter voluit tangere Archam Domini, percuffus à Domino mortuus est. 2. Reg. 6. Pueri fuerunt ab vrſis lacerari, quia irreuerenter El ſæum deridebant. 4. Regum 2. Oſias qui in ore Sacerdotum voluit adolere, non exhibens reuerentiam ſacrificio, factus eſt leproſus, 2. Paralip. 26.

D E C I M O, Puniuit Deus peccatum vanæ gloriæ, nam Ezechias qui ostendit theſauros ſuos, Regiſ nuntiis Babyſonis, omnia breuiter tradidit. 4. Reg. 20. quia propter ſuperbiam ornamentorum, eleuatiæ ſunt filię Sion ornamenta eorum conuerſa ſunt in foetorem nota de ornamentis mulierum multa Iſaiæ 3.

V N D E C I M O, Puniuit Deus peccatum accidiæ nata ſeruum inutilem qui talentum ſibi commiſſum &c. Mat. 25 De hac materia quære capite de accidia.

CAP. 123.

Puſillanimes ſunt & timidi,

- 1 Parua timentes, & magna ſortiuntur.
- 2 Parua mordentes, & munera ſequuntur.
- 3 Cuncta parentes timidè feruntur,
- 4 Bella ferentes, ſape conuincuntur.

P R I M O, Puſillanimes ſunt, qui timent minima, ſed poſt labuntur in maiora mala Sicut Loth cui timuit ſaluari in monte incidit poſtea in inceſtum & ſtuprum. Gen. 19. Darius Rex Perſarum timens offenſionem ſatraparum miſit Daniele in lacu Leonum Danielis. Petrus dum vocem mulieris timuit, ter Chriſtum negauit. Mat. 26.

SECUNDO, Pusillanimes murmura sequuntur, sic filij Israel quando viderunt Ægyptios venientes post se, non attendentes mirabilia Dei, scilicet quæ fecerat murmurare cœperunt. Exod. 15. Audientes ab exploratoribus, cultores terræ promissionis esse fortissimos, murmuravit populus. Nu. 13.

TERTIO, Pusillanimes omnia timent, etiam non timenda, nam filij Israel audientes vocem Domini dixerunt Moyfi, nō loquatur nobis Deus ne fortè moriamur, loquere tu nobis. Exod. 20. Balac timens Israel, misit ad Balaam vt populo Dei malediceret. Nu. 22. Gabaonitæ venerunt ad Iosue timentes fecerunt pacta quæ ipse voluit Iosue. 9. Mat. 19. videntes Apostoli mare turbatum timuerunt, Christum dormientem excitando timuisse videtur Nicodemus quando venit ad Iesum nocte, quasi non audiens ire de die. Ioannis 3. Arguit Dominus discipulos quia ipso præsentē in maris fluctuatione timebant. Mat. 9. Discipuli timentes reliquerunt Christum, & fugerunt, & adolescens relicta syndone nudus fugit. Mat. 24. Parentes cæci, nati timidè responderunt, quia timebant extra synagogam proiici. Ioannis 9.

QUARTO, Pusillanimes sunt in præliis timidi, & ideo esse cum eis est periculosum, nam postquam filij Hai filios Israel fugauerunt, & mortui sunt, quia homines quos misit Iosue contra Hai terga verterunt, statim timore pertetriti, quia ex eis triginta sex ceciderunt, cor populi ad iusta aquæ liquefactum est. Iosue 7. Gedeon pugnaturus, dixit exercitui suo, qui formidolosus est reuertatur ad locum suum, & reuersi sunt vigintiduo milia de exercitu suo. Iudicum 7. Similiter audientes Goliath timuerunt & fugerunt præ timore. 1. Regum 17. Saul videns castra Philistinorum timuit & expauit cor eius, & ibi occubuit. 1. Regum vltimo. Roboam rudis, & corde pauidus non potuit resistere exercitui Ieroboam. 2. Paralip. 13. Mortuo Holoferne eius exercitus solo timore est fugatus. Iudith 13. Videns Iudas Machabæus quod defuit exercitus eius, & bellum vrgeretur contra eum victus est in bello, & cecidit, nunquam tamen alibi videtur timuisse. 1. Mach. 9.

CAP. 124.

Sabbatis & diebus festiuis debent,

- 1 *Quiescentes nihil operari vanitatis.*
- 2 *Delinquentes merè tormentari pro peccatis.*
- 3 *Ad credentes prædicari verba veritatis.*
- 4 *Omnes gentes occupari rebus sanctitatis.*

PRIMO, Diebus Sabbatis & festis, est quiescendum ab omni vanitate, nam sabbatum interpretatur requies, quia diebus sabbatis vel in festis debet homo quiescere ab omni opere seruili, & festa seruare, quia requieuit Dominus Die septimo ab omni opere. Gen. 2. Ob hanc causam colligebant filij Israel manna die sex in duplo, vt sabbata seruarent. Exod. 16 Inter præcepta decalogi solius mandati de obseruantia sabbati redditur. Exod. 20. Ita Iudæi custodiebant sabbatum, vt nolent se defendere ab impugnationibus. 1. Macha. 2. Mulieres sanctæ quæ parauerunt aromata ad vnguendum Christum Iesum sabbato siluerunt. Luc 23. In huius figura requieuit Dominus in sabbato in sepulchro. Luc. 27.

SECUNDO, Non seruantes sabbatum, debent puniri & corripi, nam colligens ligna sabbato fuit lapidatus à populo. Nu. 15 arguit Neemias concultantes cor & portantes onera die sabbati. Neem. 14.

TERTIO, Sabbato & diebus festiuis est populo verbum Dei prædicandum ideo hoc præceptum de custodia sabbati reperitur frequenter Nicanorem volentem præliari die sabbati Iudæi sequentes eum instruxerunt seruare sabbatum. 1. Machab. 15. Ob hanc causam dixit Petrus, ignorantibus vocem Prophetarum quæ per omnia sabbata leguntur. Actuum dicitur etiam quod Apostoli loquebantur mulieribus quæ conuenerant die sabbati. Actuum 16.

QUARTO, Sabbato vel festo debet homo plura facere bona, quam die feriali, nam die sabbati offe-

offerebantur duo agni Pascales, & aliis diebus vnum tantum. Nu. 10. Populus Israel videns quos eos hostes impugnant, multum cogitabant se defendere, vt ostendatur quod in festis magnis resistendum est tentationibus. 1. Machabeor. 3. Christus multa miracula fecit sabbato, vt patet per omnia Euangelia, ratio prima est vt ostenderet se Dominum sabbati, nam Dominus est filius hominis & sabbati. Mar. 12. Secundo vt intelligeretur quod à malo cessandum, non à bono licet sabbato benefacere. Tertio vt plures videntes ædificarentur, vt patet in sanatione lunaticæ fœminæ. Mar. 13.

CAP. 125.

Sapientes debent esse mulieres,

- 1 *Filialem inducentes exhortationem.*
- 2 *Coniugalem exercentes copulationem.*
- 3 *Viuaalem sustinentes desolationem.*
- 4 *Virginalem conferentes liberationem.*
- 5 *Corporalem renuentes violationem.*

PRIMO, Sapientes mulieres quæ filios suos instruit, & eis bona procurant, nam Sara prudenter instruxit Ismael cum filio suo Isaac ad omne bonum, & voluit quod Abraham acquiesceret voluntati eius. Gen. 21. Caute autem Rebecca docuit Iacob, se absentare ab ira fratris sui. Gen. 27. Bersabee mater Salomonis, sapienter proposuit verbum, vt scilicet Filius eius regnaret. 3 Regum 1. Vna duarum mulierum meretricum sapienter allegauit Salomoni Regi, vt eius filius non occideretur. 3. Regum 3. Mulier Sunamitis sapienter noluit dimittere propter Gyezi, Elisæum, vt eius filium suscitaret. 4. Regum 4.

SECUNDO, Sapientes esse debent mulieres coniugale

& prudentes, viriliter aliis respondere, nam Delbora vxor Sadoch sapienter docuit Baric populum liberare de inimicis. Iudicum 5. Anna vxor Elcanæ sapienter se excusavit coram Heli sacerdote. 1. Reg. 2. Abigail vxor Nabal per sapientē loquelam liberavit virum suum à morte. 1. Reg. 25. Hester vxor Assueri sapienti cautela fecit petitionem suam. Hester 7. Elizabeth vxor Zachariæ sapientis cognouit aduentum matris filij Dei. Luc. 1. Vxor Pilati sapienter locuta est, & prudenter egisset Pilatus, si ei credidisset. Mat. 26.

TERTIO, Sapientes debent esse mulieres, ad instruendum filios, nam astuta fuit vidua Noemi. vt Ruth mulierem alienigenam quam nubere voluit viro nobili & potenti Ruth 3. mulier vidua sapienter dixit David vt filium suum Absalon exulem reuocaret. 2. Reg. 14. Regina Saba quæ post mortem viri regnabat venit audire sapientiam Salomonis. 3. Reg. 20. Miram prudentiam & constantiam ostendit Iudith populum liberando, & Holofernem occidendo. Iudith. 13.

QUARTO, Sapientes oportet multum esse virgines caute loquendo conuersando, nam Sara filia Raguel sapienter orauit vt eam Dominus ab opprobrio liberaret. Tob. 3. Item tam tacendo quam loquendo patet beatam virginem prudentem & sapientem fuisse, nam parum & cum paucis locuta est, vt alias virgines instrueret, nam locuta est primo eū angelo scilicet discretè, querendo, & discretius acquiescendo pro primo quomodo fiet istud, pro secundo ecce ancilla Domini. Luc. 1. tertio locuta est cū Elizabeth ipsam solutando, & nota quod post multas laudes Elizabeth nihil respondit, sed Deum laudauit, dicens magnificat anima mea Dominum. Luc. 1. quarto locuta est filio Dei, dicens fili quid fecisti nobis sic. Luc. 2. Locuta est filio pro pauperibus nuptiis dicens vinum non habent. Ioannis 2. quinto locuta est ministris de obedientia instruendo dicens, quodcumque dixerit vobis facite. Ioannis 2. sexto tempore passionis vt amicos suos consolaretur in pascha dicens fili placet tibi cum amicis nostris, scilicet cum Martha & Maria Magdalena & Lazaro faciamus pascha, tamen fiat voluntas tua.

QUINTO, Sapientes aliquando sunt mulieres, alios & seipsas à periculis liberando, nam Raab meretrix prudenter nuntios Iosue liberauit, & se & suam progeniem recommendauit. Iosue 2. Maria Magdalena sapienter ad pedes Christi stetit, vbi remissionem inuenit. Luc. 7. Secundo exhibuit Christo deuotionem, scilicet laudando, tangendo vngendo caput. Luc. 7. Tertio audiuit diuinam sapientiam quia stabat ad pedes Domini, & audiebat verbum illius. Luc. 10. Quarto obtinuit fratris sui Lazari resuscitationem & vitam. Ioan. 11.

CAP. 125.

Scriptura sacra continet,

- 1 Testamentum vetustatis continentiam figurarum.
- 2 Sacramentum nouitatis doctrinarum.
- 3 Partes quibus scripturæ reformantur.
- 4 Quæ in præceptis tribuuntur.
- 5 Quæ in exemplis ostenduntur.
- 6 Quæ in præmonitionibus promouentur.
- 7 Quæ in prædicationibus perficiuntur.

PRIMO, Scriptura sacra diuiditur in nouum & vetus Testamentum, vetus autem testamentum in quatuor, quæ pertinent ad vitam spiritualem, in qua vita namque spiritualis in præceptis, ideo sunt quatuor scripturæ veteris, scilicet, Lex præceptorum, Historiæ exemplorum, Sapientia monitionis, Prophetia prædicationis, Lex præceptorum, cõtinet quinque libros vbi ostenditur quod quinque requiruntur in præceptis. Primo quibus præcepta traduntur, ideo ponitur liber primus, vbi generaliter legem describit, & ascribitur. Gen. Secundo præcepta præcipiuntur & ideo ponitur 26. liber vbi præcepta legum traduntur dicitur Exodus. Tertio quæ sunt obseruantia promotionis, ideo ponitur tertius liber, vbi ministri Ecclesiæ statuuntur scilicet, Leuitici. Quarto qui sunt idonei

idonei, excusationis, ideo ponitur quartus liber, vbi in summa distinguuntur, scilicet numeri. Quinto qui sunt dubiorum declarationis, ideo ponitur quintus liber, scilicet per Moysen dubia declarantur, scilicet Deuteronomij, Scripturæ sacræ veteris testamenti. Secunda pars est Historiæ exemplorum, quæ diuiduntur in duas, quia quædam sunt exempla Prælatorum, quædam Subditorum. Prælatorum est, enim plebem dirigere legem ponendo, nam debent prælati subditos dirigere, quod ostenditur per Iosue qui populum direxit in terra promissionis & est liber Iosue. Secundo lites dissoluere, ideo iudices diuersis temporibus ordinantur, in libro Iudicum. Tertio subditos instruere, ideo Noemi instruxit Ruth, & ideo est liber Ruth. Quarto subditos defendere, à bellis temporalibus, à quibus reges eos protegunt, & isti sunt libri Regum, & etiã contra illos qui volunt legem confundere est bellandum, isti sunt libri Machabeorum. Quinto debent esse destructa reedificare, ideo Neemias, reedificauit muro Ierusalem & iste est liber Neemiæ & Esdras, & ædificauit ipsum, quod fuit ab hostibus profanatum, & iste est liber Esdræ. Sexto debent Deo firmiter adherere, ideo Iob firmiter Deo adhesit in prosperis & in aduersis, in libro Iob, & contra verò subditos ostenditur in tribus, nam debent subditi primo seruare patientiam, in aduersis quod docetur per Tobiam, qui excecatus sustinuit, libenter, & hoc est in libro Tobie. Secundo debent habere constantiam in periculis, ideo Iudith ponens se periculo & constans existens hostes deuicit, & iste est liber Iudith. Tertio, debent beneuolentiam in prosperis habere, ideo Hester sublimata, populo beneuola fuit, & hoc in libro Hester. Scripturæ sacræ tertia pars est scilicet sapientiæ admonitionis, quæ diuiditur, nam quædam est admonitio generalis quia monemur vnusquisque cuiuscunque status vel conditionis existat, & hoc est in libro Prouerbiorum. Secundo, est admonitio specialis & hoc exemplo primo prælatorum, qui debent seruare iustitiam qui indicant terram, & hoc Salomon dicit diligite iustitiã qui iudicatis terrã, & hoc in libro sapientiæ, Secunda est admonitio subditorum, & hoc diuiditur in 3. nã prima est insipientium, & hæc ponit Salomon, dirigens sermones ad filios paruulos, in li. Prouerb. 2. est

proficientium, in qua ostenduntur vanitates temporalium quas dimittunt proficientes, & hoc in libro Ecclesiastes 3. Est perfectorum, in qua natura perfecta in temporalibus eruditur, & hoc in libro Canticorum. Quarta pars sacre scripturæ est prophetiæ prædicationis, & diuiditur, nam quædam est prophetia, quæ prædixit Christi incarnationem, dicens, ecce virgo concipiet & pariet filium, & est Isaias 2. Est prophetia, quæ prædicat eius passionem. Hieremias 3. Eius ascensionem, dicens, aquila grandis, &c. magnarum alarum, &c. Hæc est Ezechielis 4. prædicat finalis iudicij retributionem, dicens aperti sunt libri & diiudicati sunt mortui, & hæc Danielis 6. prædicat opera Christi filiorum præmiationem ideo opera 12. tribuum prædicantur in libro 12. Prophetarum scriptura sacra noui testamenti diuiditur in Euangeliis & Epistolis, & in Apostolorum factis, & in reuelationibus sanctis Euangelia continent exempla Christi, & primo describit eius humilitatem, dicens Liber generationis &c. & Matthæus secundus describit eius prædicationem dicens, ego vox clamantis in deserto, & est Marcus, Tertius describit sacrificij præparationem, Et iste est Lucas, dicens fuit in diebus Herodis sacerdos, &c. Quartus describit eius diuinitatem dicens, In principio erat verbum &c. Et iste est Ioannes, verba Apostolorum continentur, in epistolis Pauli, & in epistolis Canonicis, vbi fideles omnino instruuntur, opera verò Apostolorum recitantur in libro, quem composuit Lucas post Christi passionem & ascensionem, & iste est liber Actuum Apostolorum, alia sunt in quibus fideles admonentur, & hæc in septem visionibus Ioannis Euangelistæ, & iste est liber Apocalipsis, & hæc est sententia totius scripturæ omnium librorum.

C A P. 127.

Sepultura tempore mortis est
eligenda,

- 1 *Voluntate loco venerabili & sacro.*
- 2 *Exercenda pietate opere laudabili.*
- 3 *Negligenda equitate, viro inobedienti.*
- 4 *Et exhibenda charitate parentibus laudabili.*

PRIMO, Diligenter cogitandum est ante mortem de sepultura, ideo Abraham cum diligentia emit agrum, vt vxorem sepeliret. Gen. 22. Noluit Iacob sepeliri cum malis, sed dixit Ioseph filio suo, vt cum patribus sepeliret. Gen. 44. Et instanter petiit Ioseph a fratribus sepeliri, Gen. 50. Moyses etiam hoc ostendit in exitu de Aegypto, & tulit ossa Ioseph, Exod. 13. At Dominus de sepultura curasse ostenditur quando dixit vt in die sepultura seruet illud. Ioan. 22. Sepelire mortuos est opus misericordiae & pietatis commendabile, ideo David viros Iabes, qui fecerunt misericordiam cum Saule & filios sepeliendo eos. 1. Reg. vltimo. 2. Reg. 2. Commendatur Tobias ab angelo qui mortuos sepeliebat. Tob. 1. & 2. Erga sepulturam impij Menelai Iudaei multum liberales fuerunt Machabaeus post praelium contra Gorgiam pie veni Iudas vt defunctorum corpora sepeliret. 3. Mach. Ioseph & Nicodemus sepelierunt Iesum in monumento nouo. Mat. 27. Viri timorati sepelierunt Stephanum & fecerunt planctum magnum. Act. 7.

TERTIO, Sepultura indigni, sunt rebelles & inobedientes, ideo vir Dei caruit sepultura. 3. Reg. 13. Iesabel manebat propter sua scelera in terra sed fecit eam sepeliri eo quod regis filia fuerat. 3. Reg. 19.

QUARTO, Sepulturam debent filij parentibus, cum sollicitudine exhibere ideo Tobias dixit filio suo, cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeliri. Tob. Ideo filij spirituales scilicet discipuli Ioannis Baptistae sepelierunt corpus eius. Marci 6.

- 1 *Mulieres loquaces noxia fugiendo.*
- 2 *Intima non ostendentes secreta tacendo,*
- 3 *Coniugia ferentes hiis non respondendo.*
- 4 *Clericaliter viuentes sacris assistendo.*
- 5 *Homines sapientes ad tempus tacendo.*

PRIMO, Debent mulieres tacere, quia eorum loquacitas, periculosa est valdè, Ideo dedit præceptum Dominus Adæ non Eux, vt mulier non haberet occasionem loquendi, sed à viro disceret. Gen. 2. Eva periculosum legitur cum serpente, colloquium habuisse, & inutile & cum viro suo. Gen. 2. Vxor Iob stultè locuta est quando Iob fuit à Deo percussus, Ideo ipse reprehendit eam Iob. 2.

SECONDÒ, Debet homo secreta aliorum nec ea reuelare & maximè mulieribus, quia nesciunt secreta tenere nam quia Sampson vxori reuelauit, & etiam Dalilæ in eius damnum hoc fecit. Iudic. 16.

TERTIO, Debent filere homines ad opprobria, contentiones, lites, nec ad audita respondere nam quia Can opprobria patris fratribus reuelauit fuit maledictus à patre. Gen. 9. Ob hanc causam filebat Saul, dissimulans se audire malè loquentes de eo, nec etiam respondit. 1. Reg. 10. Tobias auditis verbis iniuriosis ab vxore non ei respondit ne litigarent. Tob. 3. Quando ancilla Saræ dixit ei opprobrium ipsa tacuit, & cessauit lis. Tob. 3. Mandauit Ezechias, vt non responderent quicquam regi Assiriorum & filuerunt omnes, qui Deum blasphemabant. Isaïæ 36. Falsis criminationibus Susanna non respondit, sed cælum aspexit & liberata fuit. Dan. 13. Maria peccatrix in domo Simonis, ideo eam Dominus, Simoni loquenti excusauit. Luc. 7. Quærenti sorori nihil respondit, ideo Christus extitit ei aduocatus. Luc. 10. Discipulis in eandem frementibus propter effusionem vnguenti, nihil respondit, ideo Christus eam defendit. Mat. 24. Mulier reprehensa in adulterio, non respondit accusantibus, ideo Christus eam absoluit. Ioannis 8.

QUARTO, Silentium seruare debent Religiosi & Clerici & Spirituales & maximè in Ecclesia, ideo postquam

quã dominus locut⁹ est ad Moysẽ irapeditioris & tardioris
linguę fuit Exod. septimo. Anna mater Samuelis in tẽplo
loquebatur in corde suo, sed vox penitus non audiebatur
1. Reg. 1. Iob fratres reprehendit, & se de locutione scilicet
nimis locutus sum vinnã tacuissẽm. Iob 42. Ieremias
in vtero sanctificatus excusabat se nescire loqui Ieremig
primo locuturus Paulus in sinagoga silentium iudixit,
quia vbi non est auditus non effundas sermoem. Act. 13.

Q V I N T O, Silere debent sapientes vsque ad tem-
pus, & cogito tempore loqui nam cum Abigail placuis-
set Dauid non iudicauit viro suo, sed siluit vsque ad ma-
ne cum vinum digestum esset. 1. Reg. 25. beata maria in-
solita, salutatione audita ab angelo, tacuit & cogitauit
qualis esse ista saluatio moderatẽ respondit Luc. 1. Diu
tacuit Hester non loquens pro populo, sed suo tempore
locuta est Hester 2. & 3.

CAP. 129.

Societas bonorum,

- 1 *Ab Imminentibus iam cõdemnationibus liberae.*
- 2 *Conuenientibus locupletatos reficit.*
- 3 *Sanctẽ viuentibus associatos proficit.*

P R I M O, Societas bonorum liberat hominem à pericu-
lis, nam si inuenti fuissent decem iusti in quinque ci-
uitatibus sodomorum pepercisset dominus eis. Gen-
19. homines occisi sunt, quia non habuerunt societatem
cum aliquo bono. Iudicum 18. Raphaelis societas quam
habuit Tobias ipsum de multis periculis liberauit To-
biae 5. Occasione Danielis prudentis Nabugodonosor pe-
percit, Ariolis & sapiẽtibus Babilonis Danielis 2. Propter
societatem pauli omnes de nauis, à naufragio sunt salua-
ti Act. 27.

S E C U N D O, Societas bona, est causa benedictionis domini & abundantia nam dicitur est Laban propter societatem Iacob Gen. 3. benedixit dominus Ægypto propter Ioseph, & multiplicauit substantiam eius. Gen. 39. propter Iosaphat bonam regem exercecauit Heliseus aquas percitui malo. 3. Reg. 18. In huius signū supra discipulos congregos spiritus sanctus habundanter ascendit Act. 3.

T E R T I O, Societas bonorum bonos facit homines, nam Saul quando fuit cum Prophetis cœpit prophettare. 2. Reg. 19. Ideo homines Deum timentes volebant secum habere Tobiam. Tobix 2. quadiu Petrus fuit cum discipulis fuit bonus, quando fuit cum Iudæis, fuit apostata & Christum negauit. Mat. 26. Cæcus illuminatus à Christo, fuit eiectus à sinagoga Ioannis 9. Paulus post suam conuersionem contendebat se coniungere cum aliis vt fieret melior. Act. 9.

C A P. 130.

Societas malorum est infectiua,

1. *Infectiua occupationum humanarum.*
2. *Destructiua consolationum Diuinarum.*
3. *Illatiua tribulationum mandatarum.*
4. *Creatiua perturbationum illatarum.*
5. *Consumptiua fæderationum perfectarum.*

P R I M O, Societas malorum est vitanda, ne homo eū eis habitet, ideo salubriter exiuit Abraham de terra Chaldæorum, vbi erant homines Idolatræ. Gen. 14. nō solum corpore sed etiam mēte debet quilibet vitare malam societatem, ideo dixit dominus ad Abraham, cum iam exisset corpore sed non mente, egredere de terra tua, &c. & nota promissiones ibidem factas. Gen. 12. Voluit Iacob ambulare cum fratre suo. Licet esset prælatus & mul-
ta signa

ta signa ostenderet dilectionis. Gen. 32. Hostes filiorum Israel noluerunt cum eis ædificare, sed ipsi bono vsi consilio voluerunt. Esdræ 3. Cum irent ad simulachra omnes solus Tobias fugiebat in Ierusalem vitans consortia eorum. Tobix 1.

S E C V N D O, Societas mala, est causa perdendi consolationes diuinas, nam quum diu Abraham fuit inter Chaldeos, non legitur aliquas consolationes habuisse, sed illis relictis habuit plures. Gen. 15. & 17. Fugienti malum Iacob fratris, dominus multipliciter cõfortauit. Gen. 4.

T E R T I O, Societas malorum ducit homines ad magna pericula nam propter societates, & habitationes quam habuit Loth cum illis in Sodoma debellatus & captus fuit. Gen. 14. Ideo præcepit Moyses populo recedere à tabernaculis impiorum, ne cum eis perirent, Nu. 16. Occasione Achan qui tulit de anathemate, fuit populus in prelio superatus Iosue 7. Propter factum quod commiserunt filij Ben-iamin, fuerunt quasi omnes destructi. Iudicum. 19. Propter quosdam malos de domo Saul, facta est fames in terra donec occisi sunt. 2. Reg. 11. Homo Dei dixit ad Amasiam quod debellaret Seir cum Israel, qui tunc erat malus 2. Par. 25. Quando Machabæus fuit socius Romanis tunc & non prius fuit debellatus. 1. Machab. 9.

Q V A R T O, Societas malorum, est causa multarum iniuriarum, nã Loth multas iniurias susticuit à Sodomitis cum quibus habitabat. Gen. 19, quidam mali sic concitauerunt bonos vt facerent lapidari Paulum. Actuum 14.

Q V I N T O, Societas malorum est causa multorum peccatorũ, nã amicitia quam habuit Amõ cū Iosia, dedit ei viam vt opprimeret Thamar sororem suam. 2. Reg. 14. Ochostas fecit malum coram domino quia fuit gener & socius in domo Achab pessimi. Amicitia duorum senum fuit causa inali impositi Susannæ, & mortis eorum. Daniel 13. Petrus quando fuit cum ministris Iudæorum Christũ negauit, quem cum discipulis confessus est. Mat. 27. Elimas querebat euertere proconsulem à fide, & ideo ei associabatur. Act. 13

S E X T O, Societas mala, facit malos concordēs in malo scilicet vt noceant boni nam Balach & Balaam cõcordauerunt

dauerunt ad maledicendum populo Dei, Adonibesech, & quattuor reges concordēs fuerunt cōtra Gabaonitas, qui fecerant pactum cum Iosue. Iosue 10. Sambri rex Eglon Madian & Amalech, & cæteri, cōtra Israel populum domini insurrexerunt Iudicū, 6. In passione Christi Herodes & Pilatus facti sunt amici, cū antea essent inimici. Luc. 22.

CAP. 131

Sperare debent homines,

- 1 *Præteritorum promissiones.*
- 2 *Aduersorum consolationes quando tribulantur.*
- 3 *Triumphorum coronationes quando præliantur.*

PRIMO, Sperare debent homines, & expectare promissum licet differatur nam multis annis expectauit Abraham filium, quia centenarius erat quando natus est ei Isaac. Gen. 29. Erat Simeon in Ierusalem expectans redemptionem Israel & aduentum Christi. Luc. 2. Ascēsurus Christus in cælū præcepit discipulis vt expectarent promissionem patris Act. 1.

SECUNDO, Spectare debent tribulati consolationem recipere, nam præmisit dominus Israel flagellari multo tempore in Ægypto, & in deserto vt venirent ad terram promissionis, quæ erat patribus repromissa, vt patet. Exod. 2. & Numeri per totum, Afflictus Iob, & orbatus filiis & spoliatus rebus dixit: si occiderit tamen in ipso sperabo Iob 13. parentibus Tobix videntibus & dicentibus vbi est spes tua, tunc filij peccatorum sumus, & vitam eorum speramus, quam daturus est dominus illis qui non murmurerunt Tobix 2. Dum Susanna esset morti condemnata, erat cor eius fiduciam habens in domino danielis 13. vnus illorum septem fratrum cruciatus à tiranno ait de cælo ista mēbra possideo, sed propter Dei leges hæc ipsa despicio, quia ipsa recepturam sperabat. 2. Machabeorum 9.

TERTIO, Sperare & expectare debet homo victoriã dum est in bello nam filij Israel contra tribum Benjamin præliantes debellati sunt, & tandem sperantes in domino victoriam habuerūt. Iudicium 20. Dixit Dauid ad Philistæum.

Philistæum. Tu venis ad me cum gladio & hasta, ego autem venio ad te in nomine Domini, sperabat enim victoriam, & sic factum est. 1. Reg. 17.

G A P. 132.

Strages factæ sunt multæ,

- 1 *Delinquentibus pro maleficiis vt puniantur.*
- 2 *De veris iudiciis, nō credentibus vt cōfundātur.*
- 3 *Innocentibus Dei iudiciis quæ ignorantur.*

P RIMO, strages hominū concedit Deus fieri propter peccatum, sicut Num. 1. non intrauerunt terram promissionis, nisi duo viri, scilicet Iosue & Caleph, de tot milibus hominū, sed omnes in deserto perierunt. scilicet propter eorum peccatum. Nu. Occasione vxoris Leuitę, 65. milia hominum præter mulieres & paruulos, sunt occisi Iudicum 20. propter superbiam numerationis populi per David factā plura milia hominū periere 2. Reg. 12.

SECUNDO, Strages magna facta est de infidelibus à fidelibus adiuuante domino nam cedem fecerunt filij Israel de Madianitis, quod patet in præda quam ceperāt quia fuerunt 12. milia virginū, omnibus mulieribus occisis, qui nouerant virum Nu. 13. tempore Iosue fuerunt occisi infiniti homines infideles, tā in ciuitatibus quam in castris, Iosue per totum, temporibus Gelboe & Gedeonis fuerunt interfecti multi, vt patet Iudicū 5. 6. & 7. aduersus Galadithas 7. milia hominum, per auxilium datū eis à Deo Iudęi. Centum & viginti milia hominū deuicerunt, 2. Machab. 8. Propter prælia quæ commisit Iudas Machabæus, cōtra Appoloniaum & principes exercitus de quibus habetur 1. Machabęorum 3. 12. Habuisse victorias 4. c. 2. Mach. vsque ad finem habuit multa prælia, in quibus multa milia hominum perierunt, Primo ceciderunt de hiis, qui erant cum Nicanore. 9. Milia, postea in quodam prædio Thimot. 10. milia Item contra Lyſan, & 12. milia, deinde Nicanor imo fortissima ciuitas tredecim milia. Item cum Nicanore vigintiquaque milia. Item in castris Antiochi Imperatoris 4. milia, ita quod sunt in numero 221. milia hominū.

TERTIO, Strages hominū facta est aliquādo occulto
Dei

Dei iudicio aliquando etiã de bonis nã magnã stragã habuerunt quatuor reges quando debellauerunt quinque Reges, licet eorum numerus non ponatur. Gen. 14. In diebus Eli quando fuit capta Archa ceciderunt de Israel tredecim milia pugnatorum. 1. Regum 4. Afa Rex Iuda habuit in exercitũ suõ de Iuda trecenta milia pugnatorũ Æthiopiis verò Decies centum milia & venerunt Æthiopiis ad interitum. 2. Para. 14. Tempore superbi Aram ceciderunt in Regno Assueri septuaginta quinque milia à Iudæis. Hest. 9. Phasi filij Samueli occidit vna die centum milia pugnatorum in Iuda. Pa. Quando Antiochus coepit Ierusalem vtrumque fuerunt interfecti centum viginti milia. 2. Mach. 18. Occisus è Iudas ad multis & reliqui fugiunt. 1. Mach. 9.

CAP. 133.

Superbi & vane gloriosi sunt,

- 1 *Suis maioribus inobedientes.*
- 2 *A superioribus cito decedentes.*
- 3 *Diuinam ab hominibus gloriam quærentes.*
- 4 *Multis facinoribus causam inducentes.*

PRIMO, Superbi sunt inobedientes Deo & hominibus, scilicet suis maioribus, nam Eua propter excellentiam quam Adam appetit cum audisset eritis sicut dii deligno vetito comedit, & Deo inobediens fuit. Gen. 3. Agar ancilla, se videns concepisse despexit dominam suam. Gen. 17. Pharaõ superbus nolens Deo obedire, dicens: nescio Dominum, & Israel non dimittam. Exod. 5. Rebellio & inobedientia Chore & complicum eius ex superbia magna processit. Num. 16.

SECONDO, Superbia & ilatio ducit hominem ad depressionem, quia qui se exaltat humiliabitur, ideo superbi volentes ædificare turrin Babylonis habuerunt confu-

confusionem linguarum. Gen. 11. Grauitur fuit punitum peccatum elationis Dauid quando populum numerauit. 2. Reg. 12. Amas qui propter suam superbiam voluit ab hominibus adorari, fuit in patibulo suspensus. Hæster 7. Baltazar propter superbiam suam, interfectus est. Danielis 5. Nabugodonosor propter superbiam suam eiectus est de solio suo & gloria sua. Danie. 5. Nicanor ita erat superbus, quod vendebat Iudæos antequam videret eos in campo, & tamen fuit debellatus. 1. Macha. 8. fugatus turpiter Antiochus de Perfide superbè locutus est, sed Deus percussit eum plaga insanabili. 2. Mach 9. Hærodes superbus cui populus acclamauit voces diuinas ab Angelo est percussus. Actorum 12.

TERTIO, Superbi desiderant gloriam & honorem, nam Saul petiit à Samuele coram populo honorari primi Regum 14. Positi ad custodiam turris dixerunt faciamus, nobis verbum grande 1. Macha. 5. contra gloriantes de primogenitura est quod Cain est natus ante Abel. Gen. 4. Esau erat ante Jacob. Gen. 25. Manasses filius Ioseph ante Efraim qui habet benedictionem. Gen. 48. Dauid fuit minimus inter fratres. 1. Reg. 16. Adonias natus est ante Salomonem & tamen Salomon obtinuit regnum. 3. Regum 21.

QUARTO, Superbia est causa multorum peccatorum, nam voluntas dominandi quam habuit Ieroboam, ne populus rediret ad Dominum Dauid fecit eum idolotrarum. 3. Reg. 12. Nabugodonosor amplius est eleuatum cor eius, & multas gentes & regna destruxit. Dan. 1. 2. & 3. Antiochus superbè intrauit sanctificationem, & cum superbia accepit altare aureum 1. Macha. 1. Alchimus superbè & cum falso testimonio accusabat Iudæos. 1. Mach. 7. Discipuli cum gloriarentur dicentes etiam demonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Christus ait videbam sathanam tanquam fulgur de cælo cadentem, scilicet vt eos à superbia traheret Luc. 13.

QUINTO, Superbi sunt dedignantes, nota nam cum Amalech esset percussus à muliere vocauit almigerum suum, dicens ei percutite me ne dicatur quod à muliere percussus sum, & occisus est. Iudicum 9. Nicanor Iudæis dicentibus est Deus potens in cælo qui iussit agi diem

diem, indignatus respondit, & ego potens in Terra qui imperio vt negotia Regis impleantur.

CAP. 134.

Suspiciosi sunt,

- 1 *Vxoribus bellatores mala cogitantes.*
- 2 *Falsorum traditores atque approbantes.*
- 3 *Diuersorum peruersores prava suspicantes.*

PRIMO, Suspiciosi sunt Zelotipi de suis vxoribus nam cogitauit Abraham, quod non erat timor Dei in Aegypto, & quod occideretur propter vxorem dixit ei dic quod soror mea sis obsecro te. Gen. 21. Postquam turbatus fuit Assuerus e contra Aman, & quod iaceres supra lectum Hæster rogans eam pro salute sua, dixit Rex quod Reginam volebat opprimere, Hester. 7.

SECUNDO, Suspiciosi sunt, falsa credentes, nam suspicatus Labam quod Iacob furatus esset deos suos, & scrutatus est omnem suppellectilem suam. Gen. 31. Iacob videns tunicam intinctam sanguine credidit Ioseph filium suum esse mortuum, Gen. 37. fratres Ioseph. introducti sunt ad comedendum, credentes quod vellet eos subiugare seruituti Gen. 43. Cum meminisset Samson in domo fratris sui parentes vxoris ipsius crediderunt quod odio repudiasset eam, & dederunt eam alteri. Iudicum 15. videntes discipuli Dominum supra mare ambulare putauerunt fantasma esse. Mat. 14. Discipuli metuebant Saulum adherere, putantes & suspicantes eum peruersum. Actuum 9.

TERTIO, suspiciosi conuertunt bonos in malum, nam Eli videns Aman non proferentem verbum, existimauit eam hebræam esse. 1. Reg. 2. Misit David nuncios ad con-

ad consolandū Amōn super mortem patris sui principes autem suspicati sunt, quod ad explorandum venissent. 2. Reg. 10. Tenentes Eleazarū torquebant arbitrati quod ex presumptione loqueretur, & ideo magis eum cruciabant, cum tamen ex amore Dei hoc faceret. 2. Machabæorum 6. Phariseus qui inuitauerat Christum videns mulierem flentem, suspicatus est malum, & murmurauit. Luc 7. Alius Phariseus videns publicanum orantem suspicatus est & dixit de eo malum. Luc. 18. Et de Apostolis variis linguis loquentibus dicebant Iudæi quod erant hebrei. Act. 2. Barbari videntes viperam pendentem ad manus Pauli. & non aliquid mali habentem crediderunt eum esse magum. Act. 14.

CAP. 135.

Tentat Deus homines,

- 1 *Si in voluptatibus sunt ei adhærentes.*
- 2 *Si sunt in asperitatibus, se corrigentes bene puniendo.*
- 3 *Si in aduersitatibus suis patientes sunt non conquerendo.*

PRIMO, tentat Deus homines, vt probet si sint firmi credendo, sic tentauit Abraham, dicens ei: tolle filium tuum quem diligis Isaac, &c. Gen. 22. Dixit Dominus ad Philippum, vnde ememus panes, &c. hoc autem dicebat tentans eum, ipse enim sciebat quid esset facturus. Ioannis 6.

SECUNDO, Tentat homines in prosperitatibus temporalibus & spiritualibus vt tandem benè facerent, Sic tentauit populum Israel in deserto dicens ego p'nam vobis panes de cælo, colligat vnusquisque quod sibi sufficere possit quolibet die, vt tentem eum vtrum ambulet

ambulet in viis meis. Exod. 16. Loquente Domino Moyſi cunctus populus audiebat voces, & videbant lampades ardentes & mentem fumigantem, & dixit Moyſes: vt probaret vos Deus venit, ſcilicet vt non peccaretis. Exod. 33.

TERTIO, Tentat Deus homines in tribulationibus vt probeat vtrum habeant patientiam vel non, vnde voluit Deus gentes alienas eiicere de terra promiſſionis, introducendo filios Iſrael, vt probaret ſi eius mandata cuſtodirent. 2. Reg. 18. 19. & 20. Dereliquit Dominus Ezechiam vt tentaretur & non fierent omnia quæ erant in corde eius poſtquam Tobias fuit excæcatus dictum fuit ſibi quod hanc tentationem Deus permisit evenire illi, vt poſſet exemplum patientiæ demonſtrare, ſicut & ſanctus Iob. Tobiz 2. Iudith dixit tempore obſidionis Hoſerois, memores eſſe debemus quomodo tentati ſunt patres noſtri, vt probarent ſi reconciliarèt ipſum Iudith. 8. Iob poſt multas tribulationes dixit, probavit me Deus, per multas tribulationes, quaſi aurum quod per ignem probatur. Probavit Ieſus Petrum ambulanteſ ſupra mare per ventum validum, id eſt per tribulationem. Matt. 14.

C A P. 136.

Tentare non debet homo Deum,

1. *Se exponendo ad magna pericula, cum deſperatis.*
2. *Sapè perdendo curricula cum obſtinatis tentare.*

PRIMO, Tentare non debet homo Deum, exponendo ſe periculis dicendo, ſi Deus non permiferit non fiet, ſeu non nocèbit. Ideo Abraham ingrediens in Ægyptum prudenter tacuit Saram eſſe vxorem ſuam, quia

quia seipsum discrimini posuisset. Gen. 12. Isaac fecit illud idem. Gen. 20. nisi enim Et Augustinus sic fecisset Deum tentasset, quia saperati filij Israel fuerunt à Philistæis, se exposuerunt periculis tentantes Deum & dicentes afferamus Arham de Sylo, & Dominus erit nobiscum, qui cum eadem bellum intrassent ceciderunt in campo triginta milia, & Archa Domini fuit capta. 1. Reg. 4. Sciebat David regnaturum se post Saulem eo quod vnctus fuerat non tamen se committebat discrimini, sed custodiebat se vt debebat. 1. Reg. 22. Cum piscis inuafisset Tobiam non exspectauit quod angelus eriperet eum sed ipsemet se iunxit. Tob. 7. Saluator tentatus vt se de celsitudine templi præcipitaret respondit diabolo non tentabis Dominum Deum, & contra alias tentationes respondit. Mat. 4. Paulus cum potuit expectare, & miraculo euadere, voluit tamen per murum submitti in sporta. Actuum 20. Demum cum tribunus vellet facere eum torqueri, dixit, se esse ciuem Romanum. Act. 12. Item cum haberet iniquum iudicem cæsarem appellat. Act. 27.

SECUNDO, Tentare non debent obstinati & peccatores, scilicet tempus eorū in peccatis perdentes, Ozias qui reprehēdit Iudæos dicens, qui estis vos qui tentatis Deum 4. Reg. 22, & 23. Iudæis querentibus à Christo si liceret census dare Cæsari an non vt ipsum caperent in sermone. Mat. 24. Respondit quid me tentatis hypocrite. &c. Mat. 24. Cum eiecisset Deus dæmonium locutus est mutus, quidem tentantes hypocrite signum de cælo quærebant. Luc. 11. Durè increpauit Petrus vxorem Ananiæ, quis consiliuit vobis tentare spiritum Dei. Actuum 5.

CAP. 137.

Tentationi diaboli non est
credendum quia,

I

2 Siger

- 1 *Sagaciter & cum fraudulentia habet asferre.*
- 2 *Mendaciter cum euidentiâ hâget referre.*
- 3 *Tenaciter cum violentia habet inferre.*
- 4 *Sed bonus vniaciter cum sapientiâ debet auferre.*

PRIMO, Tentatio diaboli est cum fraudulentia, nam in serpente calidè humanum genus tentans cœpit fraudulenter, à parte debiliori, scilicet, mulieris. Gen. 3. Tentans eam de pomo vetito. Item nota ad illa ad quæ mulier naturaliter erat inclinata & de illo sibi magis placibili & de dignitate & honore & scientia quæ omnia sunt multum inclinantia mulierem. Gen. 3. Sagaciter sathan seduxit David, quando fecit eum numerare populum. 2. Reg. 22. Sagaciter procurauit diabolus mortem Christi cum mitteret in cor Iudæ vt traderet eum Iudæis. Ioan. 13.

SECONDÒ, Tentat diabolus mentiendo, & vnum pro alio ostendendo nam negauit pœnam transgressionis præcepti dicens, nequaquam moriemini sed eritis sicut dii. Gen. 3. Saluatori ostendit ipse diabolus omnia regna mundi dicens, hæc omnia tibi dabo. &c. Mat. 4. Ob hanc causam ait Petrus Ananiæ, cur tentauit vos sathanas mentiri spiritui sancto. Act. 5.

TERTIO, Tentat diabolus, tentationes inferendo sic petiit tentare Iob scilicet in filiis, in propria carne, & in rebus, Iob primo, instante passione. Christus dixit Simoni Simon ecce sathanas experiauit vos vt cribraret sicut triticum. Luc. 22.

QUARTO, Tentationes vincere volens, debet vti sapientia, & resistere eis, nec debet alicui reuelare homini, quem credit de eadem simili aut maiori tentari, sed alicui discreto homini & sancto viro qui eum confortet in bono, nam illi duo senes tentationes sibi iauicem reuelantes ad peius postmodum fuerunt prouocari. Dan. 1. Tentationes docuit nos Christus vincere, ex sua tentatione quando fuit tentatus de tribus, scilicet de auaritia, gula, & superbia, ad quos possunt omnes reduci ipse autem non per potentiam sed per sapientiam, & verbis scripturæ

pturæ vicit, & nos vincere docuit. Mat. 4.

C A P. 138.

Timere debet homo,

- 1 *Ne possit amittere perfectionem qua premiatur.*
- 2 *Vt possit dimittere offensionem qua denigratur.*
- 3 *Vt possit admittere dilectionem qua lex impletur.*
- 4 *Vt possit remittere punitionem qua sic expectatur.*

PR I M O, Timere debet homo, quousque est in beatitudine confirmatus, non enim potest de seipso securus esse, nam angeli in cælo, & primi parentes in Paradyso peccauerunt. Gen. 3. Loth qui inter peccatores Sodomitas fuit bonus, postquam inde exiit inebriatus est, & cum duabus filiabus peccauit. Gen. 19.

S E C U N D O, Timor Dei facit hominem à peccato desistere, & peccata cauere, ideo credebat Abraham quod Amalech faceret eum occidi propter Saram dicens cogitavi quod non esset timor Dei in loco isto. Gen. 21. Obstetrices timuerunt Deum, ideo non occiderunt filios Hebræorum. Exod. 2. Tobias iunior qui cum Sara fecit nuptias non intrauit ad eam vsque ad diem tertium. propter timorem Domini Eleazarus noluit vetitum per legem comedere, qui tormentatus ex hoc, ait, Domine per timorem tuum libenter hoc patiar. 1. Machab. 6.

T E R T I O, Timor Dei est signum in eo quod ipse benè operetur, & diligat Deum ideo ex hoc volens Dominus filiis Israel, timorem observationis legis ostendere

dedit legem cum tonitruis, & tumultu magna & igne, signum sequentis timoris, post transmigrationem maris rubri, timuit populus, & credidit Deo & Moysi seruo suo Exod. 15. Abdias dispensator domus Achab, abscondit prophetas eo quia timebat Dominum & patuit eos, quando Iesabel voluit eos occidere. 3. Reg. 19. Tobias plus timuit Deum quam regem rapiendo corpora & sepeliendo contra præceptum eius. Tobia 3. Iudith vidua quia timebat Deum sic operabatur, quod nullus loqueretur de ea malum verbum, Iudith per totum, Inter alia de quibus commendatur Iob, licet bonus & iustus, maxime quia habuit timorem Domini. Iob 25. Viri timorati sepelierunt beatum Stephanum opus misericordiae ostendentes. Actuum 7.

Q V A R T O, Timorem Domini non habentes graui-
ter puniuntur, nam homines quos misit Rex Babylonis
ad inhabitandum Samariam non timuerunt Deum, &
ideo misit Dominus Leones qui interfecerunt eos. 4. Re-
gum 7. Ionas quia Deum non, timuit tempestatem inue-
nit, quia Nautæ videntes timuerunt Deum. Ionæ 1. Ob
hanc causam dicit Dominus timete eum qui potest ani-
mam & corpus mittere in gehennam. Mat. 10. Sic enim
grauius fuit punitus seruus, qui non timuit Dominum,
qui etiam de talento noluit operari, quid fiet de illis qui
vivendo luxuriose deuantant substantiam suam. Luc. 15.
Valde puniuntur illi qui opera iniquitatis & peccata per-
petrant Deum non timentes, ex quo etiam sequitur quod
punientur illi qui opera misericordiae & pietatis non fe-
cerunt. Mat. 25.

C A P. 139.

Timent mali bonos,

1. *Scientes adesse pugnatoris presentiam.*
2. *Videntes ad eos esse punitoris sententiam.*

PR I M O, Timent mali bonos, scientes cū eis Deum esse, & pro eis pugnare, ideo dixit Abimelech Dominus est tecum in cunctis quæ agis iura ne mihi noceas. Gen. 26. Dixerunt Ægyptij videntes signa, fugiamus Israël, Deus enim pugnat pro eis contra nos. Exod. 14. Videns Saul quod Deus esset cum Dauid cœpit eum timere. 1. Reg. 17. Herodes timebat Ioannem, sciens eum virum sanctum & iustum. Marci 6.

SE C U N D O, Timent mali bonos, propter vindictas quas vident fieri pro illis à Deo, nam Princeps Quinquagenarius qui tertio venit ad Heliam locutus est ei reuerenter, quod alij duo non fecerunt, ideo ab igne consumpti fuerunt. 4. Reg. 1. Cum completus esset murus Ierusalem timuerunt omnes gentes per circuitum. Neemiæ 6. Cecidit timor Iudæ & fratrum suorum propter eorum victorias super omnes gentes, & peruenit ad Regem. 1. Machab. 3. Audierunt aduersarij, quod operatus est Ionathas in bello timuerunt. 1. Machab. 12. Postquam Lysias fuit debellatus voluit pacem, promittens omnia se facturum pro Iudæis. 1. Machab. 14. Post terribilem mortem Ananiæ & Saphiræ, exeuntes discipuli in porticu Salomonis, nemo se audebat coniungere illis præ timore. Act. 5. Ex terræ motu carceris Pauli & Syiæ exeuntes de carcere & custodes omnes ceciderunt, omnes timentes. Act. 16.

CAP. 140.

Tirannorum nequitia apparet,

1. *Cum nituntur extirpare excellentias eas deprecando.*
2. *Mentiunt se amare subiacentes multa promittendo.*
3. *Delectantur lacerare impotentes eos occiden-*

do.

- 4 *Persequuntur bonos clare corrigentes pœnas inferendo.*
- 5 *Amplectuntur valdè malè, corrigentes, multos affligendo.*
- 6 *Illabuntur tormentare innocentes pro malis com-
patièdo.*

PRIMO, Apparet nequitia tyrannorum quia nituntur eos similiter quos regnare & prosperare timent deiicere & extinguere, ideo Pharao per varias vias, vt posset extinguere filios Israel eos diuersimode affligendo, & filios eorum submergendo. Exod. 1. & 2. Abimelech filius Gedeonis, vt solus dominaretur interfecit septuaginta fratres. Iudicum 9. Post multa beneficia à Dauid recepta Saul querebat eum ad mortem. 1. Reg. 17. & eius ratione occidit sacerdotes. 1. Reg. 22.

SECONDÒ, Tyranni sunt maximi proditores, & non seruant ea quæ promittunt, nam Pharao multa Moyfi & nequiter promissit. Exod. 2. 3. 4. Item, sicut ille qui occidit Ionathan & duos filios eius. 1. Machab. 13. Herodes se simulabat velle adorare Christum quem occidere volebat cuius occasione ostendens voluntatem suam iniquè occidit omnes pueros quierant in Bethleem & in omnibus finibus eorum. Mat. 20.

TERTIÒ, Tyranni delectantur in credulitate nam 70. Regibus amputatis manuum & pedum summitatibus, faciebat Adonibesech colligere reliquias ciborum sub mensa sua. Iudicum 1. Manasses Rex Iuda effudit sanguinem innocentem, & impleuit Ierusalem sanguine occisorum innocentium. 4. Reg. 14. Quamuis habitatores vrbium irent honorare Holofernem, ipse tamen ferocitatem suam non mutauit quin eos occideret. Iud. 3. Nabugodonosor fecit occidi filios Sedechiæ quem postea excecavit. Ieremiæ 39. Idem Rex crudelis fecit socios Danielis cum eo mitti in fornace ardenti. Danielis tertio. Effusio sanguinis & multa alia mala leguntur crudelia de Antiocho 1. & 2. Machabæorum Primo. De septem

septem fratribus & Eleazaro 2.

QVARTO, Tyrannorum iniquitas, exercetur, in reprobendentes & corrigentes eorum vitia, nam præcepit Ieroboam comprehendere virum qui eum arguebat. 3. Reg. 13. Achab fecit poni Michæam in carcerem, & sustentari in pane, & aqua quia eum arguebat 3. Reg. 13. Occidit rex Israel prophetas arguentes eum, sicut factum erat ei à Domino verbum. 4. Reg. 16. Etiam tyranni & bonos opprimunt & malos absoluunt, nam Iesabel fecit Heliam queri ad mortem, & prophetas Baal voluit saluare, quos Helias occidit 3. Reg. 19. Naboth bonus fuit lapidatus præcæte Iesabel, sed non falsi testes, qui fuerunt contra eum. 3. Reg. 21. Antiochus sic Menelaum sacrilegij accusatum, absoluit & accusatores occidit. 2. Mach. 4.

QVINTO, Tyranni ad petitionem malorum opprimunt bonos vt malis complacent, nam ad petitionem principum fecit Sedechias Ieremiã incarcerari Ieremie 36. Herodes ad petitionem mulieris saltatricis decollari fecit Ioannem baptistã Marci 6. Pilatus in Christo non videns causam ad iniustam petitionem sacerdotum ipsum eis tradidit flagellatum ad crucifigendum Mat. 27. ad petitionem aliquorum magistratus fecerunt Paulum & Sylam flagellari. Act. 2.

CAP. 141.

Tribulationum effectus solent,

1. Patientes confortare adducendo consolationem.
2. Delinquentes dicere, ostendendo deviationem.
3. Pœnitentes exorare remouendo indignationem.
4. Promerentes coronatione conferendo punitio-
nem.

P R I M O, Tribulationes patientes, confortantur & consolantur ideo Ioseph creuit & cōsolatus est plus in exilio, quam cum fuerat inter fratres suos. Genesis 41. quando Pharaō filios Israel affligebat magis multiplicabatur. Exodi primo. Helias persecutū per Iesabel, angelus confortauit, ei ministrando panem & aquam. 3. Reg. 18. Excecatum & derisum Tobiam consolatus est dominus, Tobia 1. Iob sustinuit tribulationes, in rebus in quibus fuit spoliatus, in filiis quibus fuit orbarus, in carne in qua fuit plagatus, & ab vxore & amicis iniuriatus & quia hoc omnia patienter tulit multas consolationes recepit Iob per totum. Ezechiel in medio camporum vidit mirabiles visiones vbi fuit multum consolatus. Ezechie 1. Etiam pueri in camino receperunt angelicā consolationem, cum quibus vidit nabugodonosor, similem filio hominis. Dan. 3.

S E C U N D O, Tribulationes veniunt aliquando pro peccatis hominum nam tribulati fratres Ioseph dixerunt merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, ideo venit super nos tribulatio. Gen. 41. Quia post obitum Iudæ Machabæi insurrexerunt iniqui, & peccatores facta est fames magna in terra. 1. Machabæorum 11.

T E R T I O, Tribulationes ducunt hominem ad penitentiam & contritionem nam filij Israel afflictī à serpentibus dixerunt peccauimus Nu. 12. videns Dauid afflictiones propter peccatum clamans sic humiliatus, petit & rogauit punitionem secundo Regum. 24. Nabugodonosor commutatus in bestiam mutauit spiritum pœnitens laudauit dominum, quem antea blasphemauerat. Danielis quarto. Antiochus dum fuit sanus, fuit homicida crudelis, sed percussus pœnituit, & Deum laudauit 1. Machabæorum 9.

Q U A R T O, Tribulationis remedium est oratio nam tempore tribulationis clamauerunt ad te, & exaudisti eos Neemię septimo. Susanna in condemnationem mortis posita non habens recursum ad humanum auxilium, suspexit in Cælum, sicut leporeus canibus circumdata, sic il-

la in terra posita non habens auxilium, in Cœlum suspexit Daniel. 13.

QUINTO, Tribulationes permittit Deus bonis à malis inferre, vt magis mereantur boni nam pro veritate quam prædicabat. Ieremias, à populo fuit percussus & persecutus incarceratus. Ieremię 25. Decretum iniquum erat factum ab iniquis, vt omnes cruciarentur qui nollēt sacrificare 2. Machab. 6. Nato in mundo dominus cito passus est præssuram ab impiis, & compulsus est fugere in Ægyptum, Mat. 2. lapidato Stephano statim facta est persecutio in apostolos, & dispersi sunt per mundum prædicando Actuum 4. Post cōuersionem suam, beatus Paulus est passus multas tribulationes à Iudeis, nam primo voluerunt eum compræhendere sed emissus per sportam euasit. Act. 14. Ideo Paulus & Barnabas expulsi sunt de per fide, excuso puluere de pedibus Act. 14. Occasione puellæ curatæ Paulus & Sillas fuerunt celi & incarcerati Act. 16. Ab aduentu vsque ad persecutionem Ioannis fluxerunt quinque anni, & in toto illo tempore, Ioannes non habuit tot & tantas reuelationes, nec tantum ecclesię profuit quantum fecit sicut quando fuit in exilio deportatus in parthinos, apocalipsis per totum.

CAP. 142.

Veritas parit odium,

- 1 *Fide odientibus bona que loquantur.*
- 2 *Si delinquentibus quicquam corrigatur.*
- 3 *Si peruersus egentibus qui commisceatur.*

PRIMO, Veritas parit odium si quis dicit bonum illi qui loquitur cum suo inimico, nam Balach rex Moab multum dolebat, quando Balaam benedicebat

bat populo Israel licet esset verum, nec eum tantum honorauit quantum decreuerat honorare Nu. 24. Iratus est Saul contra Ionatham, quia veritatem dicebat excusando David 1. Reg. 24. Cum Achior dixisset de populo Israel veritatem, indignatus Holofernes voluit eum occidere Iudith. 4. Maledixerant Iudæi ceco nato, & eiecerunt eum extra synagogam, eo quod veritatem de Christo dicebat. Ioannis 9.

SECUNDO, Veritas parit odium scilicet quando reprehenduntur mali & corriguntur: Ideo Ionathas filius Gedeonis fugit Abimelech quando dixit veritatem, arguendo eum, & eos qui eum elegerant. Iudicum 9. Achab oderat Micheam prophetam quia dicebat ei veritatem arguendo eum. 3. Reg. 22. Cum propheta increpasset prophetam Basan iratus rex iussit eum mitti in carcerem 2. Paralipomenum 17. Fecit Ioas lapidari Zachariam filium Ioiade qui arguebat eum & prophetabat veritatem 2. Paralip. 24. Sedechias incarcerationi Ieremiam quia arguebat eum Ierem. 30. quia Ioannes arguebat Herodem iussus est incarcerationi & decollati Marci 6. odiebant Pharisei veritatem loquentes & reprehedentes hypocritas Luc. 8. & Mat. 23.

TERTIO, Veritas & concordia displicent malis hominibus, nam quando Ieremias prædicabat veritatem missus est cum peruersis in lacum ubi erant alij Ierem. 38. Ex verbis veris Eleazari in iram conuersi sunt qui eum cruciabant. 2. Machab. 7. Principes sacerdotum denunciarunt apostolis, ne in nomine Iesu veritatem prædicarēt Act. 5. Audientes Iudæi verba Stephani dissecabantur cordibus suis, & stridebant in eum Actuum 6. multos aduersarios habuit Paulus pro veritate quam dicebat Act. 9.

C A P. 143.

Veritas & concordia,

1. Et

- 1 *Est Deo placabilis gratiosa.*
- 2 *Malis est odibilis bonis operosa.*
- 3 *In bello terribilis est victoriosa.*
- 4 *Si quis eligibilis est hæc fructuosa.*
- 5 *Vitæ perfectibilis est religiosa.*

PRIMO, vnitas & concordia multum valet & placet Deo, & si plurimum tales sunt gratiosi ideo ex honore vno voluit tam genus humanū exaudire, ad ostendendum quātum sit grata ei concordia formam post formādo, vnde Augustinus, creare voluit vnum, vt ex vno multitudo propagaretur, vt ex hac vnitate, cum multitudine vnitas in multis propagata seruetur, Gen. 1.

SE C V N D O, Vniri debent homines ad bonum & non ad malū, vnde populus Israel vna voce dixit, Omnia quæ locutus est dominus faciemus. Exodi. 34. Ad fabricandum templum & vestes sacras ad ministerium attulit populus necessaria vnanimiter. Exod. 35. Congregatus est populus Israel quasi vir vnus & dixerunt Eldre, vt deferret librum legis qui in lamentatione & fletū domino preces effuderunt. 2. Esd. 8.

TE R T I O, Vniri & non diuisi debent esse homines in bello, scilicet temporalī & spirituali, nam congregatus est omnis populus quasi vir vnus ad præliandum & vincendum flagitium vxoris. Leuitę Iudicum 20. egressi sunt omnes quasi vir vnus ad præliandum & succurrendum fratribus in Iabes Galaath. 1. Reg. 11.

Q V A R T O, Vniri debent esse clerici & seculares in electionibus, Ideo venerunt vniuersi tribus vnanimiter ad David in Hebron, vt vngerent eum regem super Israel. 2. Reg. 5. Post mortem Iudę dixerunt Ionatæ te elegimus nobis esse principem. 1. Machab. 9.

Q V I N T O, vnanimis debet homines religiosi esse & apostolici viri, Ideo post ascensionē domini, omnes discipuli erāt vnanimis in oratione vt sic inueniret eos spiritus sanctus Act. 1. Omnes q̄ credebāt simul pariter erāt, & habebāt oīa

com-

communis. Actuum 2. Puniris Anania & Saphira, factus est timor magnus in cæteris, & erant omnes in porticu Salomonis. Actuum 5.

CAP. 144.

Votum & eius obseruantia,

- 1 *Repletio tormentorum habet efficere.*
- 2 *Discretio vouentium habet afficere.*
- 3 *Impletio promissorum habet perficere.*

PRIMO, vouere debent tribulati & oppressi vt ab oppressionibus liberentur, nam Iacob fugiens propter metum votum vouit. Gen. 34. Vouit Moyses & populus Israel, & victor fuit. Num. 15. viri qui erant in nauicula cum Iona tempore tempestatis timentes vouerunt Domino. Ionæ 1. Antiochus postquam fuisset percussus à Domino plaga insanabili vouit se mirabilia facere. 1. Machabæorum 9.

SECVNDO, Votum indiscretum non debet homo facere, & si fecerit non debet seruare, tale fuit votum Iephte quia promisit immolare, quod sibi primo occurreret. Iudi. 11. Indiscretè multa vouerunt Iudæi & impij dicentes Domino vouemus nos nihil gustaturos donec occidamus Paulum. Actuum 23.

TERTIO, Votum facientes debent reddere, ideo Anna quæ vouit pro filio obrinendo statim cum obtulit filium votum impleuit. 1. Regum 1. Lætatus est populus cum votum sponte prouideret, quia toto corde quæ vouerant afferebant primi Paralip. 6. Omnis populus post victoriam habitam venerunt Ierusalem & obtulerunt holocausta, & vota sua. Iudicum 16. Heliodorus flagellatus,

per orationem sanatus, hostias oblatas, votum reddidit.
2. Machabæorum 3.

CAP. 145

Zelus bonus est,

- 1 *Acriter arguere delinquentes.*
- 2 *Celeriter irruere in transgredientes.*

PRIMO, Bonus zelus est, delinquentes acriter arguere, & publicè, nam videns Neemias, populos ducere vxores alienigenas, obiurgauit eos. Neemiæ 13. Confidenter arguit Elias, ciuitatem & populum & prophetas iussit occidi. 3. Regum 17. Onias sacerdos, multum arguit & sermone resistit volenti sibi in ciuitate moliri. 2. Machabæorum 2. Mirò zelo ferebat Ioannes Baptista peccatores dicendo gemina viperarum, &c. & arguebat Herodem. Marc. 6. & Mat. 13. Dire increpabat, Dominus stultos & Pharisæos, dicens: vā vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ. Mat. decimotertio Ex ardenti zelo Stephanus arguebat Iudæos dicens, dure ceruicis &c. Actuum septimo. Paulus cum feruore respondit.

SECUNDO, Zelus bonus est vlciisci iniurias Dei. Ideo filij Iacob sauiant furore magno contra Sichen, propter oppressionem dynæ, acriter punientes. Genes. 34. Moyses iratus pro vitulo factò tabulas confregit, & populum grauitè puniuit Exod. 33. Multum placuit Domino zelus Phinees, quando transfecit luxuriantes. Num. 25. Præcepit Iosue Achan lapidari, & suppellestem comburi, quia attulerat de anathemate Iericho. Iosue 7. grauitè vindicauerunt filij Israel vxorem Leuitæ. Iudicum 20. Basan Rex Israel fuit malus & tamen lauda-

laudatur per dominum, quia domum Iacob destruxit Baal confregit, & deleuit. 4. Regum. 20. Magnus erat Zelus Matathie qui trucidabat hominem super aram propter idolatriam. 1. Machabæorum 2. Plures cum zelo eiecit Dominus vendentes & ementes de templo, &c. Ioannis 2. Luc. 14. Grandi zelo accensus est petrus, &c. Actuum 5.

CAP. 146.

Zelus indiscretus & quando procedit,

- 1 *Non ex lætitia charitatis sed ex inuidia.*
- 2 *Non ex iusticia æquitatis, sed ex displicentia.*
- 3 *Non ex amicitia veritatis sed ex amarulentia.*

PRIMO, Est zelus indiscretus quando non est ex charitate, sed ex inuidia mouetur. Sicut Iosue videns duos propherantes in populo voluit quod Moyses prohiberet eos, Nu. 11. Male zelabant Pharisei pro obseruatione sabbati quando ex inuidia arguebant Christum. Mar. 12. Luc. 6. Ioannes Euangelista prohibuit quendam euicentem demonia quia non sequebatur Christum. Luc. 9.


SECVNDO, Zelus indiscretus est quando correctio non procedit ex mansuetudine sed ex ira, sicut Abisai qui voluit amputare caput Semei maledicenti David quod David non permisit. 2. Regum 16. Ionas iratus propter scelera populi, volebat quod Deus destrueret ciuitatem. Ionę 4. Iacobus & Ioannes irati, quia ab impiis non fuerunt recepti, volebant quod ignis descenderet de celo & consumeret, sed Christus nolens reprehendit eos Luc. 11. arguebat Christus Petrum quia arripiens gladium abscedit eius auriculam, eo quia non erat tempus vindicte


vindictæ sed patientiæ. Mat. 26. Repleti sunt Iudæi zelo contra Paulum & Barnabam. Act. 20.


TERTIO, Zelus indiscretus est quando non est ordinatus amor ad personam vel ad vitam nam Propheta Elifæus promittebat quâdoque Eliâ aliis zelum habentibus indiscretum, quæri per montes & colles quem sciebat Dominum assumpisse. 4. Regum 20. Cum Dominus diceret se passurum à Iudæis. Petrus increpauit eum dicens: Absit à te Domine. Mat. 16. Emulator erat Paulus Apostolus patrum traditionum, quando acceptis epistolis, persequeretur Christianos ducens eos in Damascum. Act. 9.

* * *

FINIS.




INDEX MATERIARVM
HVIVS OPERIS LOCV-
PLETISSIMVS,



*In quo prior numerus caput, posterior verò
paginam siue faciem denotat.*



Abstinentiæ effectus capite i. pagina 5. & 6
 Abstinentia & ieiunio nonnulli pœnitentes
 obtinuerunt remissionem peccatorum c. 1. p. 7
 Abstinentia iuuat ad orationis efficaciam

c. 1. p. 7

Abstinentiæ medio, aliqui superarunt tentationes	c. 1. p. 7
Abstinentiæ exemplum multum ædificat	c. 1. p. 8
Acceptio munerum peruertit iustum iudicium	c. 2. p. 8
Acceptio munerum est perniciosa	c. 2. p. 9
Acceptio munerum quando licita	c. 2. p. 9. & 10
Acceptio munerum aliquando est symonia	c. 2. p. 9
Accidia vitium est & reprehensione dignum	c. 3. p. 10
Accidia quomodo olim punita	c. 3. p. 11
Admonitionis fraternæ utilitas & effectus	c. 44. p. 79. & 80
Adoratio virtus est qua Deum colimus.	c. 4. p. 11.
Adoratio in quibus consistat	c. 4. p. 11. & 12
Adulantium & adulationis proprietates	c. 5. p. 13
Adulantium premium, & finis quis	c. 5. p. 14
Affectus carnalis erga parentes & amicos qualis esse debet	c. 10. p. 19
Altaria cõsecrantur ad adorationem & sacrificium	c. 4. p. 11
Ambicio peccatum est quo appetimus honores cum excessu	c. 6. p. 14
Ambitionis effectus & proprietates	c. 6. p. 14. & 15
Ambitiosus facile detrahit	c. 6. p. 14
Ambitiosus aliquando sanguinem effundit	c. 6. p. 14

Ambi-

INDEX.

- Ambitiosus** quibus honorem inuidet morte aliquando
machinatur ibidem, & 102. p. 187
- Amicitia** seu amoris mutui officia c. 7. p. 15. & 16
- Amicorum** consiliis acquiescendum c. 31. p. 55
- Amicis** quomodo reddenda gratia c. 54. p. 96. & 97
- Amor Dei** misericordiam obtinet & remissionem peccatorum c. 8. p. 17
- Amor Dei** coniunctam habet obseruantiam mandatorum c. 8. p. 17
- Amor proximi** consideratur ex oratione mutua c. 9. p. 17. & 18
- Amor proximi** comparitur miseris alienis c. 9. p. 18
- Amor proximi** verus non præfert suos in officiis publicis c. 9. p. 18
- Amor verus** moderatè luget amicos c. 9. p. 18
- Angeli** custodes bonorum & fidelium c. 11. p. 20. & 21
- Angeli** reuelant & annuntiant futura c. 11. p. 20
- Angeli** consolantur afflictos c. 11. p. 21
- Angeli** boni executores diuinæ punitionis c. 11. p. 20
- Angeli** boni imitant ad bonum c. 11. p. 21
- Angelorum** malorum officia c. 11. p. 23
- Animæ** immortales c. 13. p. 24. & 25
- Apparitio** diuina multis modis fit, & ob diuersos fines c. 14. p. 27. & 28
- Arguendi** accidiosus & negligentes c. 3. p. 10
- Arguendi** peccatores absque merito c. 24. p. 51
- Arguendi** delinquentes multis modis c. 35. p. 63. 64
- Arrogantia** proximo detrahit, Deum abiicit, In factis deficit c. 59. p. 8
- Aspectus** incautus facit duo c. 15. p. 28. 29
- Astutor** peruersæ & malæ conditionis c. 16. p. 29. r 0
- Auarorum** afflictiones peruersæ & declinationes c. 17. p. 31. 32
- Auarorum** consilia iniqua c. 32. p. 57
- Auaritia** causa est multorum malorum c. 63. p. 115
- Auaritia** inuertit iudicium c. 2. p. 8
- Auaritia** generat discordias c. 40. p. 73
- Audire** verbum Dei qualiter oportet c. 18. p. 34. 35

Baptismi

B

- B**aptismi typi & institutio c.20.p.38
- Bellum iustum quando fit pro Deo c.24.p.44
- Bellantes pro iustitia iuuat Deus c.33.p.59
- Bellatores quales esse debeant c.50.p.90
- Bellantibus strenuè debetur laus c.23.p.42
- Bellum gerunt plures contra iustitiam quam pro virtute c.88.p.188
- Bellatori perseverantia necessaria c.108.p.197
- Bellatorem non decet esse timidum ibidem
- Bellator debet gratias agere Deo pro victoria c.22.p.40
- Benedicit Deus obseruantibus mandata spiritualiter & temporaliter c.21.p.39
- Benedictionem Dei recipiunt coniuges c.22.p.39
- Benedictionem Dei merentur hospitalitatis cultores
Ibidem
- Benedicere & laudare Deum oportet vnumquemque c.22.p.40
- Benedicere & gratias agere Deo debet quilibet multis de causis ibidem
- Benedicere & benè precari debet homo homini multipliciter c.23.p.42
- Beneficia distribuenda viris studiosis c.10.p.19
- Beneficiorum recognitio est gratiarum actio cap.53.
p.94
- Beneficia quibus distribuenda c.9.p.17
- Benefaciendum quibus sit c.9.p.17
- Benefactoribus debet homo esse gratus c.23.p.42.c.45
p.96.& 97
- Benignus est Deus erga diuersos c.24.p.43
- Benignè recipit poenitentes c.24.p.44.& 45
- Benignè intuetur & succurrit afflictis c.24.p.44
- Benignitate sua exaudit orantes c.24.p.43
- Blasphemia peccatum in Deum c.25.p.46
- Blasphemia deliberata procedit ex superbia c.25.p.46
- Blasphemia grauissimum omnium peccatorum, quia contra Deum ibidem
- Blasphemia punitio grauissima ibidem

INDEX.

Blasphemix habitus & consuetudo auget	damnationem	Ibidem
Blasphemunt Deum increduli & infideles		c.25.p.46
Blanditiæ seu adulationis triplex proprietas		c.5.p.
Blanditiæ seu adulationis præmium		Ibidem
Bonorum in quouis genere, numerus minor quam malorum		c.88.p.167
Boni opprimuntur à malis multipliciter		c.102.p.187

C

C Adunt electi sed resurgunt		c.27.p.48
Cadunt in peccatum boni, sed occulto Deo iudicio		c.70.p.129
Calliditas & bona & mala	vide titulum Astutia	
Captiuis compatiendum		c.30.p.53
Castitas virtus quæ castigat concupiscentiam		c.25.p.47
Castitatis excellentia		Ibidem
Castitatem qui seruate teneantur		c.cod.p.48
Castitatis violatio contra præceptum Dei & votum grauius punitur		cod.p.47
Castitas quo medio conseruetur		c.25.p.47
Castitas corporalis sine mentali & charitate non prodest		Ibidem
Celant astuti peccata sua		c.16.p.31
Clericus tenetur ad castitatem		c.25.p.48
Clericorum abstinentia laudabilis		c.35.p.99
Clericorum dignitas		
Clerico conuenit silentium		c.128.p.216
Compatiendum afflictis		c.30.p.53
Compassio erga proximum qualis esse debeat		c.9.p.18
Compatiendum quibus est		c.32.p.53.54
Concordia super omnia alia grata Deo		c.107.p.200
Concordia seu pax, Dei donum		c.107.p.201
Concupiscentia carnis		c.97.p.146
Concupiscentia aliquando causat homicidia		c.codem
	p.eadem	
Concupiscentia grauius punitur		c.co.d.p.147
Concupiscentiã quæ concomitentur & sequantur		c.cod.
	P. 147	
Confessio peccatorum qualis esse debeat		c.28.p.49
		Confessio

INDEX.

- Confessio vera coniunctam habet speciem veniæ c.eod.
p.49.50
- Confessio cum proposito emendationis c.eod.p.50
- Confidenter & sine timore arguendi peccatores vide
cap. corrigendi c.29.p.15
- Confidenter pugnandum pro iustitia & veritate c.29.p.51
- Confidenter prædicare oportet euangelium c.29.p.51
- Confidere in Deum oportet peccatorem c.233.p.59
- Coniuges casti benedicuntur à Deo c.2.p.39
- Consanguineorum iniuriæ tolerandæ c.105.p.197
- Consanguinei non præferendi in officiis publicis c.10
p.19
- Consanguineis bona suadentibus parendum c.31.p.55
- Consiliis bonis acquiescendum c.31.p.55
- Consilium peruersum c.32.p.56
- Consilium malum à quibus procedat c.32.p.52
- Consilium fidele c.48.p.88. & c.44.p.79
- Consultoris pessimi mala mors c.86.p.165
- Consolationem diuinam quinam sentiant c.33.p.58
- Consolatur Deus afflictos c.eod.p.58
- Consolatur verè pœnitentes c.eod.p.59
- Consolatur oppressos ab hostibus c.eod.p.59
- Contemplatio diuina c.34.p.60
- Contemplantur Deum religiosi c.34.p.60
- Contemplationi locus apertus, solitudo c.eod.p.6
- Contemplantur aptius sobrii & abstemii c.eod.p.62
- Contemplationi seruit ecclesia c.eod.p.62
- Contentio & discordia ex multis occasionibus c.16.p.
32.c.40.p.72.73
- Contritio debet esse lachrimosa c.76.p.140
- Correctio fraterna opus pium c.35.p.63
- Correctio debet habere discretionem coniunctam c.35.
p.63
- Corrigendi obstinati intrepidè & absque timore c.35.
p.64. De quibus maximè corrigendi c.35.p.65. Item
c.29.p.57
- Curiositas est vitium c.36.p.67
- Curiosorum affectiones & inclinationes c.36.p.67
- Curiosiores sunt mulieres c.19.p.36.37

INDEX.

D

- D**Ecimæ debentur ecclesiarum pastoribus c. 37 p. 68
 Decipiunt ut plurimum hypocritæ c. 66 p. 121
 Derisio peccatum graue c. 38 p. 69
 Derisionis grauiſſima punitio c. 38 p. 69
 Derident mali pacificos, diuites, abiectos, & sani ægrotos
 Ibidem
 Derisor cauillatur alterius opera bona c. 36 p. 72
 Detractio est occulta maledictio c. 36 p. 70. 71
 Detractio imponit falsum aliquando c. 36 p. 70
 Detractio aliquando ex ira aliquando ex inuidia c. 36.
 p. 71
 Detractionis mater est aliquando superbia c. eodem
 p. eadem
 Detractio occasio homicidiorum c. eod. p. eadem
 Detractionis punitio in hoc mundo c. eod. p. ead.
 Dæmonum seu angelorum malorum affectiones c. 12.
 p. 23
 Dæmones diuinæ ultionis executores c. 12 p. 23
 Dilectio Dei coniunctam habet obseruantiam mandato-
 rum c. 8 p. 17
 Dilectio Dei misericordiam meretur c. 8 p. 17
 Dilectio proximi compatitur alienæ miseræ c. 6 p. 18
 Dilectio fraterna & vera orat nedum pro amicis, sed pro
 inimicis c. 9 p. 18
 Discordia seu diuisio voluntatum aliquando oritur ex in-
 uidia c. 40 p. 273
 Discordiæ mater seu origo est superbia & ambitio c. 40.
 p. 23
 Diuitiæ infamem reddunt hominem c. 2.
 Doctrinæ bonæ multiplex fructus c. 44 p. 76
 Doctoribus suis quemlibet decet esse gratum cap. 54.
 p. 79
 Duritiæ vitium graue c. 45 p. 74
 Duri & obstinati contemnuunt exhortantem c. 41 p. 4
 Duri & obstinati non credunt miraculis c. eo. p. 74

E

- E**rietatis & gulæ multa incommoda c. 55 p. 98
 Ecclesias ædificare opus pium c. 42 p. 65
 Ecclesia

INDEX.

Ecclesia materialis orationi dicata	c. 42. p. 76
Eccl. fixæ frequentandæ sæpius	c. 42. p. 76
Elatio & superbia causa multorum malorum	cap. 133.
pa. 253	
Elati inobedientes Deo & hominibus	c. 133. p. 253
Eleemosina debet esse liberalis & voluntaria	c. 77. p.
142. & 143	
Electiorem prælatorum præcedat oratio	c. 43. p. 77
Eligendum Deus aliquando monstrat miraculo	cap. 43.
pa. 77	
Eligendi quales esse debeant	c. 46. p. 78
Eruditio & educatio filiorum qualis esse debet	cap. 49.
pa. 89	
Exauditio orationum aliquando fit secundum votum pe- tentium, sed non secundum utilitatem	c. 103. p. 193
Exaudiuntur à Deo orationes multipliciter	cap. 102.
pa. 193	
Exaltantur à Deo humiles	c. 58. p. 107
Excommunicatio timenda	c. 81. p. 149
Exempla patientiæ	c. 105. p. 197. & 198
Exempla paupertatis	c. 106. p. 198.
Exhortationis fraternæ utilitas	c. 44. p. 78.
Exhortatio negligentes incitat	c. eod. p. 81
Exhortatio bona à peccato præseruat	c. eod. p. 80.
Exhortatio salutaris consolatur afflictos	c. 44. p. 80.
Exhortari quibus maxime conueniat	c. 44. p. 80

E

F allacia mulierum multiplex	c. 45. p. 72
Falsum testimonium punitur	c. 83. p. 159
Festorum observatio salutaris	c. 124. p. 239
Festivus ab omni opere mechanico & peccatis feriandus	c. eod. p. ead.
Festivis diebus audiendum verbum Dei	c. eo. p. ea.
Fides in Deum commendatur	c. 46. p. 83
Famulorum erga Dominos officium	c. 48. p. 69
Fidem miracula præcedentia confirmant	c. 24. p. 44
Fide sancti vicunt regna	c. eo. p. ead.
f 4	Fides

INDEX.

Fides operatrix miraculorum	c. eod. p. 85
Fides eximia nonnullarum mulierum commendatur c. 47. p. 86. 87.	
Fides famulorum erga dominos	c. 48. p. 87
Fidem seruare debent promissam amici	c. eod. p. ea.
Fiduciam habere nos oportet in Deum	c. 24. p. 44
Filiorum educatio qualis esse debet	c. 49. p. 89.
Filiorum vitia reprehendenda	c. eod. p. ead.
Filiorum generationem querunt matres	c. 19. p. 36
Filiorum exaltationem desiderant matres	c. eo. p. ead.
Filij benedicendi à parentibus	c. 23. p. 42.
Filiorum erga parentes obedientia	c. 99. p. 182.
Filiorum est parentibus bene præcari	c. 81. p. 149
Filiis bene præcari debent parentes	c. 23. p. 42
Flagellantur aliquando iusti occulto Dei iudicio	c. 70. p. 128
Flagellat Deus bonos vt probeat	c. 132. p. 252:
Flagellat Deus malos vt respiscant	c. eo. p. 251
Fornicatio peccatum	c. 67. p. 164
Fornicatio causa homicidiorum	c. eod. p. ead.
Fornicationis incommoda	ibidem
Fornicationis puniio grauis	c. eod. p. 14
Fortitudo quatenus virtus	c. 50. p. 92
Fortitudo seu magnanimitas aliquorum in succurrendo & liberando captiuos amicos	c. 50. p. 90
Fortitudo principum laudabilis præsertim in bello iusto	c. eo. p. 91
Fortitudo quarundam foeminarum commendatur c. 51. p. 92.	
Fortitudo malorum peruersa	c. 52. p. 93
Fraudulentia nonnullarum mulierum	c. 45. p. 82

G

G loria vana peccatum est	c. 133. p. 252
Gloria vana habet coniunctam inobedientiam c. 133. p. eadem	
Gloria vana aliquando causa idolatriæ	c. eo. p. 253
Gloriosi rebelles Deo & hominibus	c. eod. p. 252
Gloriosa in plurimum mulieres	c. 19. p. 37
Gloriana	

INDEX.

- Gloriandum non est homini tempore felici
- Gratiarum actio debetur Deo c. 53. p. 94.
- Gratiæ Deo agendæ de receptis beneficiis c. 22. p. 4. c. 53. p. 94.
- Gratias debemus Deo de donis naturæ & fortunæ c. eod. p. 95.
- Gratiarum actio post refectionem siue spiritualement siue corporalem c. eod. p. 56
- Gratiæ Deo de victoriis impetratis c. 22. p. 4. & 53. p. 95
- Gratiarum actio est beneficiorum recognitio c. 53. p. 94
- Gratitudo virtus quæ cedit gratiâ benefactori c. 54. p. 96
- Gratitudinem debet homo suo liberatori c. 54. p. eadem
- Gratum conuenit esse hominem erga parentes & c. 57. p. 102. 103. c. 54. p. 97.
- Gratum oportet esse erga præceptores c. eod. p. eadem
- Gulæ immoderata sumptio cibi & potus peccatum c. 55. p. 98.
- Gulæ incommoda c. 55. p. ead.
- Gula accendit luxuriam. c. eod. p. eadem
- Gula mater ineptæ lætitiæ scurrilitatis & stultiloquij c. eod. p. 99
- Gula causa infamiæ c. 55. p. 98
- Gula causa mortis plerumque c. 55. p. 99
- Gula peruertit genus humanum c. 113. p. 210
- Gula mater murmurationis. c. 113. p. ead.
- Gulosa impatientes c. 6. p. 122

H

- H**ipocrisis fictio alienæ personæ peccatum c. 66. p. 121
- Hipocrita prætendit deceptionem c. 66. p. 121
- Hipocritæ finis remotus est, lucrum vel gloria c. 66. p. 121
- Homicidium grauisimum peccatum c. 56. p. 100.
- Homicidium ex inuidia c. eod. p. eadem
- Homicidium aliquando generat ambitio c. eo. p. 101
- Homicidium quando licitum c. eod. p. 100. & 101
- Homicidia in defensione propria c. eod. p. 100
- Homicidia cum moderamiæ tutelæ inculpatae excusabilia ibidem.

INDEX.

- Homicidiorum factorum per proditionem exempla**
 c.eod.p.101
Homicidij gratis punitio temporalis & æterna c.eodem
 p.101.&102.
Honorare parentes præceptum à Deo c.57.p.10
Honor parentum requirit obedientiam c.57.p.103
Honor parentum meretur benedictionem diuinam
 c.eodem p.104.
Honorare parentes qui negligit grauius punitur c.eod.
 p.102.103.
Hospitalitas exercenda c.110.p.206
Hospitalitas Deo grata c.21.p.39
Hospitalitas à Deo remunerata c.110.p.107.&
 c.21.p.39
Hospitalitas administrat peregrinis necessaria c.110.
 p.206
Hospitalitatem exercent citius pauperes quàm diuites
 c.110.p.207.
Humilitas virtus Deo gratissima c.58.p.105.
Humilitatis virtus consideratur ex obedientia superio-
rum c.58.p.105
Humilitas prælatorum c.eod.p.ead.
Humilitas cognoscitur ex molli responso c.eod.p.106
Humilitas quibus potissimum conueniat ibidem
Humilitatis præmium seu meritum c.58.p.107
Humilitas est bona dispositio ad veniam obtinendam
 c.58.p.108.
Humilitas orationem facit gratam Deo c.103.p.192

I

- Iactantia** qua quis se extollit supra id quod in se est
 peccatum est c.59.p.108
Iactantia quando est contra gloriam Dei, capit. 59.
 p.109
Iactantia aliquando ex superbia, aliquando ex cupidita-
te procedit c.eod. p.109
Iactabundi aliorum benefacta extenuant c.59.p.108
Iactantia punita ibidem
Idolatria que cultum Dei tribuit creaturis, peccatum
 grauissimum

INDEX.

grauissimum	c. 60. p. 67
Idolatriæ occasio est superiorum: aut absentia aut negli- gentia	Ibidem
Idolatriæ mater est aliquando luxuria	ibidem
Idolatria plerunque ex superbia & ambitione cap. 60. p. 111.	
Idolatria punitur grauiter	c. 122. p. 236
Ieiunium necessarium contemplantibus	c. 34. p. 61.
Illustrantur lumine gratiæ poenitentes	c. 34. p. 60
Illustrantur solitarij & quieti	c. cod. p. 62
Immortalis anima	c. 13. p. 24
Immortalitatem animæ probat resurrectio mortuorum cap. 13. p. 25	
Impatientia multis ex causis	c. 61. p. 111
Indoles bona filiorum cognoscitur	c. 121. p. 232
Infidelium numerus maior quam fidelium	c. 88. p. 187
Infidelium maximus numerus interfectus	c. 132. p. 252
Infirmis compatiendum	c. 30. p. 53
Ingratitudo de beneficiis diuinis peccatum est c. 62. p. 113	
Ingratitudinis species, non agere gratias, dissimulare, obliuisci	c. 61. p. 114.
Ingratitudo punitur grauiter, Mat. 23. Serue nequam ca. 67. p. 123	
Inimicitias oriri permittit Deus propter peccatum cap. 63. p. 115.	
Inimicitie oriuntur plerunque ex inuidia. ibidem, & 116	
Inimicitia statim sunt pacificandæ & componendæ ibidem	
Inobedientia graue peccatum	c. 67. p. 122
Inobedientia grauiter punitur	c. 122. p. 235
Inobedientia filiorum contra parentes punitur c. 54. p. 104	
Intentio bona imponit finem operi	cap. 64. pa. 117
Intentio cum procedat à voluntate intrinseca non de- bet facile iudicari ab opere exteriori	ibidem
Intentionis regulam in omni opere docet nos Christus c. 64. p. 119.	
Inuidia peccatum	c. 63. p. 119
	Inuidia

INDEX.

Inuidia causa mortis tam spiritualis quam corporalis	ibidem.
Inuidia non parcit amicis & propinquis	c. eod. p. 120
Inuidia fugienda	c. eod. p. 121
Inuidenti hypocrite & auari	c. 66. p. 121
Inuidi succensent innocentibus	c. 69. p. 126
Inuidi contabescunt quod non possunt peruertere iustos	ibidem.
ibidem.	ibidem.
Inuidus marcescit aliena scelicitate	ibidem.
Inuidi vt plurimum sunt detractores	c. 39. p. 71
Inuidus studet opprimere bonos	c. 102. p. 187
Inuidia peruertit hominem	c. 113. p. 212
Inuidia omen discordiæ.	c. 40. p. 72
Inuidia grauiter punitur	c. 122. p. 235
Iracundi murmuratores	c. 61. p. 112
Ira quatenus peccatum punitur	c. 122. p. 236
Iram Dei qui mereantur	c. 67. p. 122. 123
Irafcitur Deus ingratis peccatorib. & Idolatris	c. 67. p. 123.
Irafcuntur prælati sed iustis de causis	c. 68. p. 125
Irafcuntur inuidi peruersi impii cum bonis & malis c.	70. p. 127
Ira percutit hominem	c. 113. p. 211.
Iudicis boni officium est inuestigare causam	c. 71. p. 131
Iudicis est sequi allegata & non propter affectionem	Ibidem.
Ibidem.	Ibidem.
Iudex iustam ferat sententiam	Ibidem.
Iudicis iniqui & negligentis proprietates	c. 72. p. 132
Iudicis iniqui iudicium peruertit furor & ira	ibidem
Iudicio Dei sunt multa nobis incognita	c. 70. p. 128
Iuramentum licitum	73. p. 133
Iuramentum debet constare iudicio & veritate	c. 73. p. 133.
I33.	Ibidem
Iuramenti boni conditiones	Ibidem
Iuramentum temerarium fugiendum	ibid. p. 134
Iuramenti temerarii & falsi effectus	ibid. p. 134
Iustitia virtus que reddit vnique quod suum est	c. 74. p. 135
Iustitia non retinet alienum.	ibidem.
	Iustitia

INDEX.

Iustitia malis retribuit suam punitionem ibidem
 Iustus societas malorum non obest. c.75.p.136.

L

Laborantibus infirmitate compatiendum c.30.p.54
 Lachrimatur homo multis de causis c.76.p.137
 Lachrimari & plorare mortem amicorum licitum c.76.
p.38.
 Lachrimari propter alienam miseriam pium est ibidem
 Lacrimari vitam anteactam ex contritione vera merito-
 rium est c.76.p.140
 Laudandus & benedicendus Deus c.22.p.40.
 Laudandus Deus pro victoriis ibidem
 Laudandus Deus de evasis periculis c.22.p.41
 Laudandus Deus pro beneficiis ibidem
 Liberalitas virtus applicandi diuitias in bonam finem
 tam pro seipso quam pro aliis c.77.p.141.
 Liberalitatis est hilariter dare ibidem
 Liberalis expendit pecuniam pro liberalitate captivo-
 rum ibidem
 Liberalis debet esse homo erga pauperes ibidem
 Liberalitas meritoria ibidem
 Lites oriuntur invidiam multis ex causis c.40.p.72
 Litem & contentonem excitat invidia ibidem
 Litem & discordiam concitat superbia eo.p.73.
 Litis occasionem dant mulieres ibidem
 Loqui debent homines de Deo
 Liberorum erga parentes officium c.57.p.102.103
 Loquacitas mulierum consideratur quæstionibus & res-
 ponsis c.78.p.145
 Loquacitas foeminarum indicant rixæ importanz
ibidem
 Loquacitas mulierum ex revelatione secretorum
ibidem
 Loquantur mulieres indiscretè in consiliis ibidem
 Luxuria grave peccatum c.79.p.146.
 Luxuria causa homicidiorum c.cod.p.146.
 Luxuria occæcat homines. c.eod.p.146
 Luxuriæ multa incommoda c.ead.p.147
Luxuria

INDEX.

Luxuria causa idololatriæ aliquando c.60.p.110
 Luxuria punitur morte turpi c.86.p.264

M

Maledictio Dei summè extimescenda c.80.p.148
 Maledicunt aliquando homines hominibus c.81.

p.149

Maledictionum humanarum species Ibidem

Manifuetudo virtus laudabilis

Malorum societas euitanda c.110.p.248

Malorum consortium periculosum c.150.p.249.

Malorum sodalitiū causa multorum peccatorum
 ibidem

Matrum etga filios affectus c.19 p.37

Matrimonium sanctum c.82.p.150

Matrimonio deuincti debent esse coniuncti animis què-
 admodum corpore c.82.p.151

Matrimonium non patitur disparitatem religionis c.cod.

p.152.

Matrimonium non est amplexandum ratione concupi-
 scentiaè ibidem

Matrimonium honorauit Christus ibidem

Matrimonio casto & puro benedicit Deus c.2.p.39

Mendacium graue peccatum c.83.p.253

Mendacium aliquando causa homicidij eod.p.154

Mendaces vt plurimum proditores Ibidem

Mendacium officiosum aliquando licitum c.eodem

p.155

Mendacium officiosum temporaliter remuneratum
 ibidem

Miracula fidem confirmant c.46.p.84

Miraculorum diuinorum obseruatio c.84.p.16

Miraculorum Dei primum fuit creatio ibidem

Miraculorum ordo c.cod.p.157

Misericordiam obtinet amor Dei c.8.p.17

Mortis necessitas ex peccato c.85.p.261

Mortis memoria terribilis c.codem

Mors pijs est amabilis c.cod.p.162

Mortem

INDEX.

Mortem afflicti aliquando optant	ibidem
Mors quibus sit terribilis	c.86.p.163
Morte ignominiosa pereunt homicide pa.eadem	cap.eodem
Morte immatura auferuntur tyranni	ibidem
Morte turpi discedunt hinc adulteri	ibidem
Mors prætiosa martirum	c.87.p.166
Mors afflictorum pro Christo salutatis	ibidem
Mortuos deslere amicos licet, sed moderatè pa.19	cap.10,
Mulierum fallacia in subuertendo	c.45.p.82
Mulierum loquacitas ex eorum responsis consideratur c.78.p.145	c.45.p.82
Mulierum loquacitas nota propter secretorum reuelationem	ibidem
Mulieres rixosæ	ibidem
Mulierum aliquarum fortitudo & magnificentia in defendenda patria	c.51.p.92
Mulierum prudentia in quibus consistat	c.125.p.241
Mulierum fides eximia	c.47.p.87
Mulierum ornatus ad decipiendum valet	c.104.p.196
Mulierum magna pietas	c.115.p.214
Murmuratio iniusta quærela	c.61.p.117
Murmuratores qui	ibidem
Murmur punitur	c.122.p.236,

N

N atiuitas quadruplex, iræ, culpæ, gratiæ & gloriæ c 92. p.170.	
Natiuitas culpæ incipit, consistit & desinit in tribus p.eadem	eod.
Natiuitas christi qualis	ibidem
Nequitia peruersorum	
Nocent mali multipliciter bonis	
Nominis Iesu efficacia	c.39.p.171
Nomen Iesu à Deo præordinatum	ibidem
Nomen Iesu in patriarchis ad umbratum	ibidem
Nominis Iesu multiplex consideratio	ibidem
	Nomen

I N D E X.

Nomen Iesu à Prophetis pronuntiatum	c. cod. p. 74
Nomen Iesu est ab omnibus confitendum	c. cod. p. 75
Nomina electorum in libro vitæ	c. 94. p. 177
Novus quis sit & dicatur	c. 45. p. 177
Nubes significat hominem spiritualem	c. 96. p. 178.
Nuptiæ Christi & ecclesiæ	c. 97. p. 178
Nuptiarum diuersitas	c. cod. p. 179

O

O bedientia virtus laudabilis	c. 99. p. 181
Obediendum Deo magis quam hominibus, ibidem	
Obediens mandatorum diuinorum, benedictionē meretur diuinam & consolationem	c. 20 p. 39. & c. 33. p. 58
Obediendum parentibus	c. 57. p. 103. c. 99. p. 182
Obediendum est principibus	c. cod. p. ea.
Obstinati indurescunt ad bonas exhortationes	c. 41. p. 74
Obstinati non credunt miraculis	
Obstinati peiores	ibidem
Officium est prælatorum erga subditos	c. 68. p. 125. & c. 118. per totum
Opus bonum quando gratum Deo	c. 100. p. 183
Opus bonum erit si secundum Dei præceptum sit	c. 101. p. 186
Opus mechanicum prohibitur diebus festiuis	c. 124. p. 239.
Opprimunt mali bonos propterea, quod vita suorum ab ipsis dissideat	c. 102. p. 187
Oratio bona cum ieiunio	c. 1. p.
Oratio mutua signum charitatis fraternæ	c. 9 p. 17
Oratio cum lacrimis indicat oranti deuotionem	c. 66. p. 141
Orare quando debeamus potissimum, & pro quibus	c. 103 p. 189
Oratio præcedit electionem prælati	ibidem
Orationis tempus	c. cod. p. 190
Orationis modus	c. cod. p. 191
Orante quare alij exaudiuntur, alius non	c. cod. p. 193
Orationis effectus & fructus	c. cod. p. 194
Oratus mulierum ad decipiendum valet	c. 104. p. 196

I N D E X.

P

- P**acificandæ lites & inimicitia c. 63. p. 116
- Parentes honorandi ex præcepto diuino c. 57. p. 103
- Parentum honor meretur benedictionem diuinam
 ibid. 104
- Parentibus ad nutum obediendum c. 57. p. 103
- Parentes qui offendit grauius punitur c. eod. p. 104
- Parentum erga liberos officium c. 49. p. 89
- Parentum indulgentia erga filios punitur c. 86. p. 165
- Patientia victrix iniuriarum & afflictionum, virtus magna & Deo grata 105. p. 196
- Patientia de iniuriis non requirit vindictam c. eod. p. 197
- Patientia dat responsum benignum c. eod. p. 198
- Patientia in aduersis exempla c. eod. p. 197
- Patientia remuneratio c. eod.
- Pauperibus compatiendum c. 30. p. 54
- Pauperibus subueniendum c. 77. p. 143
- Paupertas spiritus est abdicatio temporalium ca. 106.
p. 196
- Paupertas spiritus habet coniunctam humilitatem & spiritus superbi abiectiorem c. 60. p. 199
- Paupertas spiritus recompensatur ibidem
- Pauperes spiritu frugales c. eod. p. 199
- Pauperes spiritu mundi ibidem
- Pax est tranquillitas ordinis in rebus gratissima Deo
 c. 107. p. 200
- Pacis bonum à Deo ibidem
- Pacificandæ inimicitia ibidem
- Peccati quadruplex effectus c. 108. p. 202. & 203
- Peccatorum remissio per abstinenciam c. 10. p.
- Peccatores & resipiscentes recipit Deus c. 24. p. 44
- Peccatores corripere opus pium c. 35. p. 63
- Peccatorum correptio debet procedere ex charitate c. eo.
 p. 63
- Peccantium admonitio discreta, est utilis ibidem
- Peccantes de quibus corrigendi c. eod. p. 65
- Peccatores intrepidè arguendi c. 29. p. 51
- Pœnitentia non procrastinanda c. 109. p. 204
- Pœnitentia vera nunquam sine contritione ibidem
- Pœnitentia includit propositum confitendi ibidem
- t
- Pœni-

- Pœnitentiam necessario consequitur satisfactio, aut satisfaciendi voluntas ibid. 205
 Pœnitentiam quinam debeant amplecti ibidem
 Peregrini hospitio recipiendi c. 110. p. 206
 Peregrinis compatiendum c. 30. p. 55
 Peregrinorum receptio Deo grata 21 p. 39
 Peregrinorum receptores Deus recompenſat hic & in futurum c. 21. p. 39. ibid. 110. p. 206
 Peregrinos recipiunt citius pauperes quàm opulenti c. 110. p. 207
 Permissio diuina nobis incognita c. 70. p. 128. c. 111. p. 207
 Permittit Deus vt iusti affligantur ibidem
 Permittit Deus vt impij prosperent c. 70. p. 129
 Permittit vt iusti labantur in peccatum ibidem
 Permittunt aliquando prælati mala vt eueniant bona c. 112. p. 208
 Peruertit omnem superbia & ambitio 113. p. 209
 Peruersum reddit hominem auaritia ibidem
 Peruersos facit gula ibidem
 Perseuerantia & in bono stabilis permanſio, grata Deo c. 114. p. 112
 Perseuerantia in multis operibus laboriosis & tristibus necessaria
 Pietas diuina c. 24. p. 43
 Pius & misericors Deus erga diuersos ibidem
 Pietas nonnullarum foeminarum c. 115. p. 215. 216
 Præceptorum Dei obseruatio necessaria c. 117. p. 220
 Præceptorum diuinorum obseruatores merentur benedictionem diuinam & consolationē c. 20. p. 39. & c. 35. p. 59
 Præceptorum diuinorum facilis obseruatio c. 117. p. 220
 Præceptorum diuinorum obseruatores in primis prælati ibidem
 Præceptorum obseruatio remuneratur c. eo. p. 222
 Prælatorum & principum erga subditos officium cap. 118. p. 223. & c. 68. p. 125
 Prælatorum bonorum condiciones ibidem
 Prælatorum & principum malorum affectiones cap. 119. pag. 229. 230.
 Prudentia virtus c. 120. p. 232
 Prudentia dissimulat multa ibidem
Pruden-

I N D E X.

Prudentis officium	c. eod. p. 232
Prudens loco & tempore reprehendit	ibidem
Prudens multa præuidet & disponit	c. eod. p. 233
Puerorum bonorum indoles consideratur ab obedientia	c. 121. p. 234
Pueri boni euitant sodalitia praua	ibidem
Punit Deus diuersa hominum peccata	c. 122. p. 235
Puillanimitas & timiditas non semper laudabilis	cap. 123. p. 237

R

R ecta intentio imponit finem operi & cap. 64. p. 117	
Rectæ intentionis regulam docuit nos Christus	c. 64. p. 119
Religiosorum castitas laudabilis & necessaria	c. 25. p. 48
Religiosi non debent vacare crapulæ	c. 55. p. 99
Religiosis conuenit silentium	c. 128. p. 246
Religiosi debent vacare contemplationi	c. 34. p. 60
Reprehendendi peccatores intrepide	c. 29. p. 51
Reprehensio errantis & delinquentis opus pium	c. 35. p. 63
Reprehendere decet errantem charitatiuè	ibidem
Reprehensio delinquentis si discreta, erit utilis	ibidem
Reprehendendi peccatores de multis	cc. eodem p. 65
Reuelant secreta mulieres	c. 78. p. 145.
Rixosæ mulieres	ibidem
Rixæ procedunt multis de causis	ca. 63. p. 115.

S

S abbatum Christianum (id est Dominica) celebrandum	cap. 124. p. 239
Sapientia mulierum consideratur ex filiorum educatione	c. 125. p. 240
Sapientum consiliis acquiescendum	c. 31. p. 56.
Scriptura sacra quid contineat	c. 126. p. 242
Scripturæ sacræ libri	ibidem
Secreta non reuelanda mulieribus	c. 128. p. 242.
Sepulturæ habenda est ratio in vita	c. 127. p.
Sepultura in loco honesto & sacro fiat	ibidem
Sepulturæ & exequiarum officia debent filij parentibus	ibidem

I N D E X.

Silentium & solitudo maximè conuenit mulieribus cap. 128. p. 145	
Simulator fingit se alium in persona	cap. 121. p. 66
Simulator præ tendit decipere	ibidem
Simulatoris finis lucrum	ibidem
Sobrietatis effectus	c. 1. p. 5. 6
Sobrietas iuuat ad orationis efficaciam	c. 1. p. 7
Sobrietatis exemplum multum ædificat	c. 1. p. 8
Societas bonorum utilis & fructuosa	c. 129. p. 247
Sodalitium malorum nocuum	ca. 130.
Societas malorum olim ad idolatriã incitauit	c. 60. p. 110
Spetare quænam deceat hominem	c. 131. p. 250
Strages factæ multæ iam piorum quàm impiorum	c. 132. p. 251.
Superbia & vana gloria	c. 133. p. 252
Superbia causa multorum peccatorum	c. cod. p. 253
Superbia coniunctam habet inobedientiam	ibidem
Superbi inobedientes Deo & hominibus	ibidem
Superbia causa Idolatriæ	c. 60. p. 111
Superbi opprimunt bonos & inuident	c. 102. p. 187
Suspitiosi qui sunt	c. 134. p. 54

T

T entatio Dei	c. 135. p. 255
Tentat vt probet constantiam	ibidem
Tentat vt manifestetur illorum patientia	ibid.
Tepidos præ latus debet excitare	c. eod. p. 225
Testes falsi	c. 83. p. 154
Timor iudicis peruertit iudicium	c. 72. p. 133
Timidi confortandi à suo præ lato	c. 118. p. 225
Timere debet homo quoad uiuit	c. 138. p. 259
Timoris boni effectus	ibidem
Timent mali bonos propter fauorem Dei	c. 139. p. 261
Tiranni mala morte pereunt	c. 86. p. 163
Tiraanorum nequitia	c. 140. p. 262
Tiranni sunt proditores	ibidem
Tirannorum delitiæ, crudelitas	ibidem
Tribulationes à Deo mittuntur aliquando	c. 141. p. 264
Tribulationes & afflictiones quare Deus immittat	ibidem
Tribu-	

I N D E X,

Tribulationis remedium oratio

ibidem


V

V erbum Dei intrepidè prædicandum	c. 29. p. 52
Veritas sine metu annuncianda	ibidem
Veritas parit odium	c. 142. p. 165. 166
Vnionis & concordia exempla	c. 143. p. 167
Vnio & concordia Deo gratissima	ibidem
Vnio & concordia in bello optima	ibidem
Vnio & concordia in electionibus necessaria	ibidem
Votum & eius obseruantia	c. 144. p. 268
Votum in necessitate licitum	ibidem
Votum secum fert necessitatem reddendi	ibidem
Votum turpe & indiscretum non obligat	ibidem

Z

Z elus bonus delinquentes acriter arguit	c. 145. p. 269
Zelus bonus vlciscitur iniurias Dei	ibidem.
Zelus indiscretus non ex charitate, sed inuidia	cap. 46. p. 270
Zelus non ex mansuetudine sed ira procedit	ibidem

F I N I S.


IOANNES STRA-
TIVS BIBLIOPOLA,
LECTORI BENE-
VOLO. S. P.



*FFERIMVS tibi (lector candi-
de) Theſaurum hunc incomparabi-
lem & planè diuinum Biblicarum
diſtinctionum, prioribus ſæculis
abſconditum utilitati publicæ. Quem Reginal-
do de leuiori Cæpo aſſcriptum volumus: Cuius
merita, laudumq; præconia hac in parte, ex præ-
fatione huius opuſculi in honorem eiufdem au-
toris, etiamſi incogniti præfixa, Reuerendi in
Chriſto Patris D. Iacobi Maiſtret Doctõris
Theologi: nec non Reuerendiſſ. Archiepiſcopi
Lugdunenſis Galliarum Primatis in ſpiritua-
lib. ſuffraganei, petenda. Quod ſi quidpiam for-
ſitan ſucceſſiuis horis reuoluendo minus apto
ordine uti decet collocatum, minusve politum
repereris, id autographo adeo mutilo, illegi-
bili, ueruſtatè que nimia conſumpto (è quo id
operis deſcriptum eſt) ad ſcribendum ueniet. Et
ſe hunc noſtrum laborem (uti ſpero) tibi acce-
ptum*

ptum cognouero, calcar addes ut secundam edi-
tionem, quam tibi maturabimus, magis exa-
ratam, magisque tersam omni errore Deo iu-
uante inuenies. Interim hoc utere ac fructuere.
Lugduni. VI. Martij. M. D. LXXII.